PONTIFICIUM ATHENAEUM ANTONIANUM

FACULTAS THEOLOGICA - SECTIO BIBLICA

P.Mansuetus Rath O.F.M.

DE CONCEPTU PARESIS
IN EPISTOLA AD ROMANOS

(Rom 3,25)

Dissertatio ad Lauream

Jerusalem

1965

P R A E F A T I O

A conversione ante portas Damasci Christus est medium cogitationis S.Pauli. Christus est norma, ad quam ex illo momento omnia refert.

Sub luce Christi etiam intelligentiam novam VTi et temporis redemptioni antecedentis adeptus est.

Sicut pro Paulo VT Evangelium Dei seu nuntium de iustitia Dei iam praeannuntiaverat (Rom 1,2 et 3,21), i.e. ad Christum venturum monstraverat, ita ex alia parte tempus praechristianum iam sub influxu Christi stare videt.

Testimonium optimum pro hac re habemus in loco centrali Epistolae ad Romanos, 3,25b-26a, quae phrasis in conceptu 'paresis' culminat.

Hanc rem in ultimis annis exegeta S.Lyonnet ob oculos ponebat, cuius opinio inter interpretationes usque adhuc propositas omnino nova est et solido fundamento in textu non caret.

Attamen, putamus, thesim auctoris laudati adhuc melioribus argumentis ex textu ipso effluentibus firmari posse. Praesertim aspectus christologicus voci ipsae inhaerens fortius eruendus sit.

Hoc propositum sequimur cum hoc labore, quem Prof.P.E.Pax incitavit, correxit et moderavit, cui pro eo ex toto corde gratias agimus.

INDEX

SIGLA

AT	- Altes Testament
Bib	- Biblica
Bl-Debr	- Blass - Debrunner
BTW	- Bibeltheologisches Wörterbuch
Exp Tim	- The Expository Times
JTS	- The Journal of Theological Studies
LA	- Studii Biblici Francescani Liber Annuus
LXX	- Vetus Testamentum graece iuxta septuaginta interpretes
NT	- Novum Testamentum aut Neues Testament
PG	- Patrologia Graeca, ed. Migne
PL	- Patrologia Latina, ed. Migne
Str B	- Strack - Billerbeck
TLZ	- Theologische Literaturzeitung
TM	- textus masoreticus
TWNT	- Theologisches Wörterbuch zum Neuen Testament
VD	- Verbum Domini
Vg	- Vulgata
VT	- Vetus Testamentum
ZAW	- Zeitschrift für die alttestamentliche Wissenschaft
ZKT	- Zeitschrift für katholische Theologie
ZNW	- Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft und die Kunde des Urchristentums
ZTK	- Zeitschrift für Theologie und Kirche

Abbreviationes minusculae: e.g. = exempli gratia; sc. = scilicet; cf. = confer; s.v. = sub voce

Modus transscribendi litteras graecas:

α = a	ν = n
β = b	ξ = x
γ = g	ο = o
δ = d	π = p
ε = e	ρ = r
ζ = z	σ ς = s
η = ê	τ = t
ϑ = th	υ = y
ι = i	φ = ph
κ = k	χ = ch
λ = l	ψ = ps
μ = m	ω = ô

BIBLIOGRAPHIA

I. Fontes

BIBLIA HEBRAICA, edidit R.Kittel, textum masoreticum curavit P.Kahle,... editionem septimam auxerunt et emendaverunt A.Alt et O.Eissfeldt; editio duodecima emendata typis editionis septimae expressa, Stuttgart 1961.

SEPTUAGINTA, id est Vetus Testamentum Graece iuxta LXX interpretes, edidit A.Rahlfs, Stuttgart[6] .

NOVUM TESTAMENTUM Graece et Latine, utrumque textum cum apparato critico imprimendum curavit E.Nestle, novis curis elaboravit E.Nestle, Stuttgart 1954.

II. Alia subsidia: commentarii, opera, articuli..

AMIOT F. Die Theologie des hl.Paulus (aus dem Französischem übersetzt von H.Radau) Mainz 1962.

BAUER W. Griechisch - Deutsches Wörterbuch zu den Schriften des Neuen Testaments und der übrigen urchristlichen Literatur, Berlin[5] 1958.

BLÄSER P. Gerechtigkeit, in BTW, Graz 1962.

BLASS F.-DEBRUNNER A. Grammatik des neutestamentlichen Griechisch, Göttingen[9] 1954.

BORNKAMM G. Das Ende des Gesetzes, Paulusstudien, München 1952.

BÜCHSEL F. 'hilastêrion', in TWNT III,320-324.

BULTMANN R. 'aphesis', in TWNT I,507-508.

IDEM Theologie des Neuen Testaments, Tübingen[3] 1958.

BURROWS M. Die Schriftrollen vom Toten Meer (aus dem Amerikanischen übertragen von F.Cornelius), München 1958.

CEUPPENS F. Quaestiones selectae ex epistolis S.Pauli, Taurini/Romae 1951.

CREED J.M. Paresis in Dionysius of Halicarnassus and St.Paul, in JTS 41 (1940) 28-30.

CORNELY R. Epistola ad Romanos (Cursus Scripturae Sacrae VI), Parisiis 1927.

EICHRODT W. Theologie des Alten Testaments, Stuttgart 1957.

GRUNDMANN W. Gesetz, Rechtfertigung und Mystik bei Paulus, in ZNW 32 (1933) 52-65.

HORST . 'makrothymia', in TWNT IV,377-390.

KÄSEMANN E. Zum Verständnis von Röm 3,24-26, in ZNW 43 (1950/51) 150-154.

KIRCHGÄSSNER A. Erlösung und Sünde im Neuen Testament, Freiburg 1950.

KÖHLER L. Theologie des Alten Testaments, Tübingen[3] 1953.

KÜMMEL W.G. Paresis und Endeixis, Ein Beitrag zum Verständnis der paulinischen Rechtfertigunslehre, in ZTK 49 (1952) 154-167.

KUSS O. Der Römerbrief, übersetzt und erklärt, Regensburg 1963 (1,1-6,11; 6,11-8,19: 1959).

LIETZMANN H. An die Römer (Handbuch zum NT), Tübingen[4] 1933.

LIDDEL H.G.-SCOTT R. Greek-english Lexicon, Oxford 1953.

LYONNET S. Propter remissionem praecedentium delictorum (Rom 3,25), in VD 28 (1950) 282-287.

IDEM De iustitia Dei in epistola ad Rom 3,25-26, in VD 25 (1947) 129-144; 193-203; 257-263.

IDEM Le sens de paresis en Rom 3,25, in Bib 38 (1957) 40-61.

IDEM Exegesis Epistolae ad Romanos (ad usum privatum auditorum), cap.I-IV, Romae 1960.

IDEM De peccato et redemptione, vol.II De vocabulario redemptionis, Romae 1960.

IDEM Quaestiones in epistolam ad Romanos, prima series, Romae 1962.

IDEM De notione "iustitia Dei" apud S.Paulum, in VD 42 (1964) 121-152.

MEINERTZ M. Theologie des Neuen Testaments, Band 2, Bonn 1950.

METZINGER A. Die Substitutionstheorie und das alttestamentliche Opfer, in Bib 21 (1940) 159-187; 247-272; 353-377.

MICHEL O. Der Brief an die Römer (Meyers Kommentar), Göttingen 1963.

MORALDI L. Sensus vocis hilasterion in Rom 3,25, in VD 26 (1948) 257-276.

NÖTSCHER F. Zur theologischen Terminilogie der Qumran-Texte (Bonner Biblische Beiträge 10), Bonn 1956.

IDEM Gerechtigkeit, in BTW, Graz 1962, 453-461.

OEPKE A. Dikaiosyne theou bei Paulus in neuer Beleuchtung, in TLZ 78 (1953) 257-264.

PRÜMM K. Zur Struktur des Römerbriefs, Begriffsreihen als Einheitsband, in ZKT 72 (1950) 333-349.

IDEM Röm 1-11 und 2Kor 3, in Bib 31 (1950) 164-203.

IDEM Diakonia Pneumatos, Der Zweite Korintherbrief als Zugang zur apostolischen Botschaft. II.Teil/1.Halbband: Theologie des 2. Korintherbriefs, Apostolat und christliche Wirklichkeit (Kapitel 1-7), Rom 1960.

SCHARBERT J. Vergebung, in Handbuch theologischer Grundbegriffe, München 1963, 740-747.

SCHLIER H. Von den Juden in Röm 2,1-29, in Evangelische Theologie 5 (1938) 263-275.

STAAB K. Pauluskommentare aud der griechischen Kirche, Münster 1933.

STEPHANUS H. Thesaurus linguae graecae VI, Parisiis 1865.

STRACK H!L.-BILLERBECK P. Kommentar zum NT aus dem Talmud und Midrasch, Band III, Müchen 1926.

SCHELKLE K.H. Paulus Lehrer der Väter, Die altkirchliche Auslegung von Römer 1-11, Düsseldorf 1926.

TAYLOR V. Graet texts reconsidered, Rom 3,25, in Exp Tim 50 (1938/39) 295-300.

VAUX R. DE Les Institutions de l'Ancien Testament, vol.II, Paris 1960.

VRIEZEN TH.C. Theologie des AT in Grundzügen, Neukirchen 1956.

WENNEMER K. Gerechtigkeit Gottes (Röm 3,21-26), in Geist und Leben 29 (1956) 358-366.

IDEM Apolytrosis, Röm 3,24-25a, in Analecta Biblica 17-18, Romae 1963, 283-288.

WIKENHAUSER A. Einleitung in das Neue Testament, Freiburg[3] 1959.

ZAHN TH. Der Brief des Paulus an die Römer (Kommentar zum NT, VI), Leipzig 1925.

ZORELL F. Lexicon Graecum Novi Testamenti, Parisiis[3] 1961.

IDEM Lexicon Hebraicum et Aramaicum Veteris Testamenti, Romae 1961.

ZERWICK M. Analysis Philologica Novi Testamenti Graeci, Romae 1960.

INTRODUCTIO

Epistola ad Romanos inter omnes epistolas S.Pauli locum praecipuum tenet. Est inter omnes epistolas paulinas non tantum amplissima sed etiam theologice gravissima et diligentissime elaborata, cuius dispositio aliquibus digessionibus semotis bene perpensa est, potius tractatui theologico similis quam epistolae (1).

"Medium theologicum et architectonicum" (2), a quo "omnia et singula in epistola ad Romanos et in epistolis principalibus paulinis intelligi potest et debet, quia ex hoc cogitata sunt" (3), sunt versiculi 21-26 capitis 3. Haec pericopa est contextus proximus illius conceptus, cuius investigationi nostra dissertatio dedicata est: 'paresis'.

Stat immediate in istis versiculis momentosis et valde disputatis, qui in historia doctrinae christianae partem magnam habebant,et iam propter hoc optandum est eos nonumquam nove investigari (4).

---

(1) cf. A.Wikenhauser, Einleitung 291.

(2) Kuß 110.

(3) Kuß 27.

(4) cf. V.Taylor, ExpTim 50 (1938/39) 295: "These words have played a great part in the history of Christian Doctrine; and for this reason it is very desirable that from time to time their meaning and interpretation should be reconsidered."

Quid pro tota epistola valet, hoc valet specialiter pro hac sectione: a Paulo bene perpensa est. Si ideo in dicta pericopa hapax-legomenon 'paresis' occurrit, hoc valde verisimiliter a Paulo cum plena intentione adhibitum est, quia "Nuance" specialem exprimere intendit.

Solutio significationis unius hapax-legomenon autem valde difficilis evenit, quia loci paralleli desunt. Absente hac possibilitate comparationis facile est intellectu solutiones sat diversas, se prorsus excludentes, in decursu temporis datas esse. Brevem conspectum harum solutionum in primo capite dabimus, quin perfectum numerum autorum consectemur, quia nobis magis interest historia problematis. Fusius tamen de interpretatione Patrum sermo erit.

Quandam ansam pro interpretatione dat usus extrabiblicus conceptus quaesiti et illius verbi, de quo substantivum derivatur. Propterea in capite secundo investigationes linguisticas circa vocem 'paresis' instituemus ad definiendum eius sensum philologicum.

Denique in capite tertio nos conferimus ad ipsum locum in epistola ad Romanos et contextum et textum accurate examinabimus ad quaerendam solutionem textui magis consentaneam, in qua re quoque, si casus fert, interpretationes discrepantes ad comparationem attrahemus.

CAPUT PRIMUM:

D E C O N C E P T U 'P A R E S I S' I N H I S T O R I A E X E G E S E S (1).

I. DE INTERPRETATIONE PATRUM GRAECORUM.

Apud Patres graecos duas diversas interpretationes nostri conceptus invenimus: "remissio" et "paralysis - languor".

a) "remissio".

Nullum textum habemus, in quo 'paresis' clare tamquam remissio explicatur sed tantum tales textus habemus, in quibus hic sensus versione aut tenore contextus innuitur.

Apud ORIGINEM (saec.3), cuius commentarius in epistolam ad Romanos nobis tantum in traditione Rufini in lingua latina conservatus est, vox 'paresis' et in titulo et in explicatione ope remissionis redditur.

PG 14,946: "quia 'proposuit eum Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius': quo scilicet per hostiam sui corporis propitium hominibus faceret Deum, et per hoc

---

(1) ad hoc cf. K.H.Schelkle, Paulus Lehrer der Väter; S.Lyonnet, VD 25 (1947) 193-203, 257-263; VD 28 (1950) 282-287; K.Staab, Pauluskommentare.

ostenderet iustitiam suam, dum eis remitteret praecedentia delicta, quae pessimis tyrannis serviendo contraxerant, eo tempore, quo sustinebat et patiebatur Deus haec fieri. Sed ad hoc patiebatur, ut post haec, id est in hoc tempore ostenderet iustitiam suam."

PG 14,950: "Secundum ergo quod hostia est, profusione sanguinis sui propitiatio efficitur in eo quod dat remissionem praecedentium delictorum: quae tamen propitiatio ad unumquemque credentium per viam fidei venit. Nisi enim daret remissionem praecedentium delictorum, propitiatio non probaretur effecta."

PG 14,951-952: "Fit ergo per repropitiationem sanguinis Christi remissio praecedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiae suae.
Sustentatio Dei est, ubi peccator non statim punitur ut peccat, sed secundum quod ibidem Apostolus dixit, per patientiam Dei adducitur ad poenitentiam: et in hoc ostendere dicitur iustitiam suam Deus. Bene autem addidit, 'in hoc tempore', praesentis enim saeculi tempore in sustentatione est iustitia Dei, futuri vero in retributione. Iustum namque apud Deum visum est, ut quia futurum saeculum ad iudicium statuerat, praesens sustentationi et patientiae deputaret. Nam si puniret in hoc tempore peccatorem, iustum non videretur iterum ad iudicium quem punierat evocare. Si vero sustentat et patiatur in praesenti saeculo, recte erit iustus iudex in futuro."

Ex his textibus patet, Originem 'paresis' de remissione praecedentium peccatorum intellexisse.

Mihi non clarum est, ex quibus rationibus Schelkle (1) dicat, Originem probabiliter 'paresis' tamquam praetermissionem (2) intellexisse. Ille revocat ad Cornely (3)

---

(1) cf. op.cit. 117.

(2) "Hingehenlassen".

(3) Epist.ad Rom. 193s.

qui paresis ut praetermissionem comprehendit provocans ad duplicem modum, in quo Deus (iuxta mentem Originis) peccata tractaret: in hac terra (sc. ea tolerans) et in vita altera (sc. ea puniens).

Ad hoc dicendum est:

1. in textu Originis non sermo est de sustentatione aut de punitione peccati sed peccatoris.

2. Origines ope dictae distinctionis non 'paresis' sed 'anochê' interpretari intendit (Observandum est, antea - cf.n.946 - 'anochê' alio modo comprehendisse) (1).

__THEODORETUS CYRENSIS__ (saec.5):

__PG 82,85__: "kai tên agathotêta tên oikeian edeixen ho theos, epi pleiston makrothymêsas tois anthrôpois paranomousin, kai tên dikaiosynên autou dêlên pepoieken hapasin. Hoti de ou matên ênegken tous anthrôpous paranomountas, alla touto prokataskeuazôn autois tês sôtêrias to pharmakon, legei: eis to einai auton dikaion kai dikaiounta ton ek pisteôs Iêsou Christou."

Ille quoque non interpretatus est expressis verbis vocem 'paresis' sed explicavit vocem 'anochê'! Propterea non potest concludi, sicut fecit e.g. Godet (2), Theodoretum intellexisse 'paresis' ut tolerantiam. Tenor generalis loci potius pro remissione loquitur.

---

(1) cf. etiam S.Lyonnet VD 28 (1950) 283 n.1.

(2) cf. Commentaire sur l'epitre aux Romains[2] I,pg.363; cf. S.Lyonnet, l.c. 282 n.2.

Similiter est situatio apud SEVERIANUM GABALENSEM (saec.5): (1)

"ênescheto gar ho theos, hina deixê tên heautou diakiosynên, ei gar epexelêlythei, pantôs an anheilen; ei de anhêrei, ouk ên ho sôzomenos. Epeidê de ênescheto kai prostithemenôn tôn hamatêmatôn, edeixen hoti boulomenos ouk apallaxai monon tôn hamartêmatôn, alla kai dikaiôsai to proteron ênescheto. Sygchôrêsas toinyn hamartanein athroan tên aphesin echarisato. Diakion de ton theon legomen êtoi antapodidonta ê tên dikaiosynên charizomenon."

Dum ope 'ênescheto' et'sygchôrêsas' vocem 'anochê' explicat, vox 'paresis' voci 'aphesis' aequiperare videtur.

Loci citati monstrant, quod 'paresis' potius tamquam remissio quam praetermissio aut tolerantiam intelligebatur. Si autumatur Originem et Theodoretum 'paresis' ut praetermissionem intellexisse, adscribitur voci 'paresis' significationem, quae pro 'anochê' valet.

b) "paralysis" - "languor".

Praeter sensum magis communem (remissionis) invenimus apud aliquos Patres graecos vocem 'paresis' adhibitam ut terminum technicum: medicinalem paralysis-languor.

S.J.CHRYSOSTOMUS (saec.4):

PG 60,445: "Oude gar eipe, dia ta hamartêmata, alla, dia

---

(1) Cf. K.Staab, Pauluskommentare, 217.

tên paresin, toutesti tên nekrôsin. Ouketi hygeias elpis ên, all' hôsper sôma paralythen tês anôthen edekto cheiros: houtô kai hê psychê nekrôtheisa. Kai to dê chalepôteron, hoper en taxei theis aitias, deiknysin meizon on katêgorêma. Ti de touto estin; To en tê anochê tou theou tên paresin gegenêsthai."

Ex hoc textu liquet S.J.Chrysostomum vocem 'paresis' tamquam statum animae morti similem comprehendisse, i.e. aliis verbis ut aliquem morbum internum.

Hanc interpretationem de morbo interno hominis, qui sanatur medicamento iustitiae reasumit PHOTIUS (saec.9): "Pareithêmen tais hamartiais kai parelelymetha, eita deon tês pareseôs apaitêthênai dikas, anochês kai philanthrôpias etychomen." (1).

Ergo ut eventum retinemus: Apud Patres graecos 'paresis' occurrit in duplici significatione: in sensu remissionis aut in sensu alicuius status animae morti similis.

II. DE INTERPRETATIONE PATRUM LATINORUM.

Apud illos interpretatio specialis, quae suum originem ducit ex lectione varia Italae seu Veteris Latinae, invenitur (2): legebat loco 'dia tên paresin' 'dia tên

---

(1) Cf. K.Staab, op.cit., 488.

(2) Cf. K.H.Schelkle, op.cit., 117 n.2, et Cornely, op.cit., 193 n.1.

prothesin' (1).

Sequentes hanc lectionem variam Ambrosiaster et Pelagius venerunt ad differentes interpretationes.

AMBROSIASTER (saec.4):

PL 17,84: "Propter propositum praecedentium delictorum, in patientia Dei: Sciens Deus propositum benignitatis suae quo censuit peccatoribus subvenire, tam iis, qui sunt apud superos quam iis, qui in inferno tenebantur, utrosque diutissime exspectavit, evacuans sententiam, qua iustum videtur omnes damnari, ut ostenderet nobis, quod olim decreverat liberare genus humanum per Christum, sicut promisit per Jeremiam prophetam dicens: 'Propitius ero iniquitatibus eorum, et delictorum eorum non memorabor' (Jer 31,34). Et ne forte hoc donum solis Judaeis promisisse videretur, per Isaiam dicit: 'Domus mea domus orationis vocabitur in omnibus gentibus' (Is 56,7). Quamvis Judaismo facta promissio sit, sed praescius Deus eo quod donum eius reprobaturi essent impii Judaei, gentes se ad percipiendam gratiam promisit admittere, quarum aemulatione in iram missi cruciarentur impii Judaei."

Dum textus antecedens de proposito divino benigno loquitur, apud PELAGIUM (saec.4) sermo est de proposito Dei peccatores puniendi, quod propositum Christus quidem sedavit.

"Propter propositum praecedentium delictorum. Propter ea passus est Christus, ut propositum Dei sedaret, quo tandem punire decreverat peccatores. In sustentatione Dei. Vult ostendere Deum quidem ad hoc exspectasse, ut tandem corrigent(ur) delinquentes, illos vero, male usos patientia Dei, ad maiora profecisse peccata. Unde Job ille iustissimus sui temporis ait de peccatore: 'Dedit illi Deus locum poenitentiae, et ille abutitur eo in superbia." (2).

(1) Ita praeter Ambrosiaster et Pelagium etiam S.Augustinus, De spir.et lit.13,12; De pecc.mer.et rem.1,27.43.

(2) Cf. A.Souter, Pelagius's Expositions of thirteen epistles of St.Paul, Texts et Studies 9,33.

In tempore subsequente aut Ambrosiaster copiatur: ita e.g. SEDULIUS SCOTUS (saec.8/9) (cf.PL 103,43) et RHABANUS MAURUS (saec.9) (cf.PL 111,1343), aut ut fundamentum explicationis usi sunt textu Pelagii interpolato et sub nomine S.Hieronymi tradito (1), qui legit ut Vulgata "remissionem" (et non "propositum") (2): ita e.g. PSEUDO-PRIMASIUS (saec.6):

PL 68,432: "propter remissionem praecedentium delictorum. Quare praecedentium? nisi originalium debitorum? In Sustentatione Dei. Sustentatio Dei ad maiora peccata profecerat."

WALAFRID STRABO (saec.9):

PL 114,480: "Propter remissionem. Duplex effectus remissionis est, scilicet carere poena et frui gloria. Primum habuerunt ante Christi mortem iusti, quia poenam actualem non sentiebant. Sed post Christi mortem data est eis gloria divinae visionis, a qua differebantur Deo sustentante eorum delicta. In sustentatione: Patienter sustinuit Deus peccata eorum, qui fuerunt ante legem et sub lege: non punivit, neque remisit, ita ut gloriam haberent, donec venit qui delicta tam praecedentium quam subsequentium pretio sui sanguinis absolveret."

LANFRANCUS (saec.11):

PL 150,117: "Propter remissionem praecedentium delictorum. Ordo praecedentium delictorum in sustentatione Dei. Patienter enim Deus sustinuit praecedentia delicata mundi, ut ostenderet qui vera iustificatio est in hoc tempore, id est, in fide Jesu Christi. Si enim omnes peccatores punisset, non esset, qui in hoc tempore iustificari posset."

---

(1) Cf. B.Altaner, Patrologie, Freiburg 1960, 337.

(2) Cf. Souter, op.cit., 33 in apparatu critico, et PL 30, 661.

ABAELARD (saec.12):

PL 178,833: "Propter remissionem, id est ut per hanc iustitiam, id est caritatem remissionem peccatorum assequamur....Remissionem dico habitam, vel praecedentium inquam, delictorum, in sustentatione Dei, id est propter patientiam Dei, qui non statim punit reos et perdit peccatores, sed diu exspectat, ut redeant per poenitentiam, et cessent a peccato, et sic indulgentiam consequantur."

PETRUS LOMBARDUS (saec.12):

PL 191,1362: "Quod cum implevit iustum se esse ostendit, quae ostensio neccessaria fuit, non solum pro remissione praesentium, sed etiam propter remissionem praecedentium delictorum, scilicet eorum quae praecesserunt Christi adventum, delictorum dico existentium in sustentatione Dei, Deo scilicet patiente et non puniente tunc.

Ergo omnes autores citati vocem 'paresis' tamquam remissionem peccatorum in tempore salutis factam intelligebant.

III. AB INTERPRETATIONE S.THOMAE USQUE AD INTERPRETATIONEM EXEGETARUM HODERNIORUM.

A tempore S.Thomae de Aquino usque ad saeculum 17 habemus quoad essentiam easdem interpretationes ut in tempore patristico.

Tantum pauca exempla.

S.THOMAS AQUIN. (1):

"In hoc enim quod praecedentia delicta Deus remisit, quae lex remittere non poterat, nec homines propria virtute ab

---

(1) Cf. In omnes S.Pauli Apost. epistolas Commentaria, Vol.I, Taurini, 1929, 54.

eis se praecavere poterant, ostendit quod neccessaria est hominibus iustitia, qua iustificentur a Deo."
"Secundo ostendit tempus manifestationis eius, cum subdit: In sustentatione Dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore; quasi diceret, praecedentia delicta erant ante Christi passionem in sustentatione Dei quasi in quadam divina Dei sustinentia: quia nec pro eis credentes et poenitentes damnet, nec ab eis totaliter reddit absolutos, ut scilicet eis non obstantibus possint introire in gloriam."

LUTHERUS (1):

"Ad ostensionem iustitiae suae, ad ostendendum, quod ipsius tantum iustitia iustos facit. Et hanc ostensionem etiam 'in sustentatione'fecit, antequam ostenderetur in tempore gratiae, id est manifestaretur, quod peccata dimittat, ut ostendat, probet, convincat, quod ipse solus iustificat propter remissionem quae, inquam, ostensio iustitiae fit, quando remittit peccata, quae patienter sustinuit usque ad remissionem praecedentium delictorum, id est quae praecesserunt remissionem in patientia, in sustentatione, id est tolerantia seu sufferentia."

"Unde dicit: 'propter remissionem'. Quod enim remittit peccata per propitiatorium ac sic iustificat, ostendit suam iustitiam neccessariam, cum nullus sit, cui non remittat....praecesserunt inquam in patientia Dei, id est nisi patienter tulisset, non ad remissionem nec ad ostensionem suae iustitiae pervenisset nec adhuc perveniret. Sustentat ergo ut remittat, remittit, ut ostendat iustitiam suam sive iustificationem nostri per fidem propitiatorii in sanguine ipsius".

CORNELIUS A LAPIDE (2):

"Propter (id est, ad) remissionem praecedentium delictorum - scilicet Adae et aliorum ante Christum, vel propter, id est per remissionem. Graece enim dia cum accusativo apud Atticos significat per, q.d. Christus omnia etiam praecedentia delicta abolevit."
"Praecedentium delictorum (quae fuerunt) in sustentatione Dei, quae delicta Deus sustentavit, id est toleravit, diu exspectavit, donec Christus veniret eaque expiaret,

(1) Cf.J.Ficker, Anfänge reformatorischer Bibelauslegung, 1.Band Luthers Vorlesungen über den Römerbrief 1515/16, 1.Teil Die Glosse, Leipzig 1908.
(2) Cf. Commentaria in S.S., Tomus 18, Parisiis 1865.

itaque ostenderet iustitiam veram in hoc tempore gratiae, eamque credentibus daret: ita Anselmus."

Ergo usque ad saeculum 17 versio et explicatio vocis 'paresis' ope remissionis usualis erat, et quidem sermo est de remissione facta in tempore salutis.

Primus auctor, qui paresis alio modo interpretatus est, videtur fuisse THEODORUS BEZA, qui in sua editione Sacrae Scripturae anno 1598 vertit:

"ad demonstrationem iustitiae suae praetereundo peccata, quae antecesserunt in illa Dei tolerantia."

Ab illo dependent COCCEIUS et GROTIUS (1), qui 'paresis' item interpretati sunt.

Tantum saeculo 18 et 19 haec interpretatio (praetermissio) communis fiebat (2).

Cf. e.g. J.A.BENGEL (3):

"praetermissio fuit in V.T. respectu transgressionum, donec earum apolytrôsis fieret in morte Christi."

Hodie a plurimis exegetis defenditur: e.g. Cornely, Weiß, Zahn, Lagrange, Bardenhewer, Taylor, Sickenberger, Althaus, Kuß (4).

---

(1) Cf. S.Lyonnet VD 28 (1950) 278 n.2, et Bib 38 (1957) 41 n.4 et 61 n.3.

(2) Cf. S.Lyonnet,Bib.38 (1957) 41.

(3) Cf. Gnomon Novi Testamenti, 1773.

(4) Cf. etiam S.Lyonnet VD 28 (1950) 282.

In ea re alii 'paresis' exponant in sensu praetermittendi peccata sine poena, alii in sensu praetermittendi peccata ea non condonans aut expians.

At adest maior numerus exegetarum, qui 'paresis' aequiperant voci 'aphesis': e.g. Lietzmann, Bultmann, Stauffer, Nygren, Kümmel, Kirchgäßner (1).

Proprias solutiones proponunt Käsemann amplectens sententiam Bultmann, Michel et Lyonnet. Has solutiones breviter referre volumus.

a) Sententia de Käsemann.

In ZNW 43 (1950/51) 150-154 autor assumit thesim de Bultmann (2): Rom 3,24-26a non esse formulationem paulinam sed textum communitatis primaevae, a quo tantum additiones typice paulinas (dôrean, tê autou chariti, dia pisteôs) distinguendas esse, et eam incremento argumentorum fulcire intendit.

Pro nobis momenti est, quod iuxta Käsemann 'paresis' (simul cum 'progegonota hamartêmata', 'protithesthai' in sensu manifestationis, 'dikaiosynê' tamquam qualitas divina et 'apolytrôsis' in sensu redemptionis iam factae) non pertinet ad thesaurum verborum paulinorum,

---

(1) Cf. etiam S.Lyonnet, Bib.,l.c., 42.

(2) Cf. Theologie des Neuen Testaments, 1948, 47; in edit. 3, 1958, 49.

quod monstraret Paulum illa verba tantum citare. Item contra auctoritatem paulinam loqueretur 'hilastêrion' ut praedicatum Christi et factum, quod Paulus tantum de sanguine loqueretur in locis a traditione acceptis (cf. Rom 5,9; 1Cor 10,16; 11,25.27).

Hunc textum traditionis, qui sub aspectu iudaico de remissione ('paresis' = remissio) praecedentium peccatorum in nunc tempore loqueretur, i.e. hanc remissionem tamquam restaurationem foederis veteris ('dikaiosynê in ea traditione = fidelitas erga foedus) intelligeret, Paulus correxisset magis sublineans aspectum novum, i.e. voluisset dicere iustificationem non se referre primarie ad VT et eius restaurationem sed esse iustificationem impii, quae ut talis etiam paganos liberat in oboedientiam fidei. Ergo iuxta Käsemann (Bultmann) 'paresis' est terminus non paulinus et significat remissionem ut donum salutis (= 'aphesis').

b) Thesis de Michel (1).

Michel intelligit 'paresis' tamquam dilationem usque ad diem retributionis (2) in sensu de Joma 8,8b: "Poenitentia

---

(1) Cf. Römerbrief, 109s.

(2) "Tag der Abrechnung".

expiat transgressiones parvas contra mandata et interdicta; pro delictis gravibus dilationem efficit, donec veniat dies expiationis et expiabit" (1).
In Judaismo igitur existit idea, quod peccata durante anno colligi possunt, donec dies expiationis ea expiat. Simili modo dies redemptionis (2) expiaret peccata usque adhuc collecta simul finiens periodum 'anochê' Dei.

c) Opinio de Lyonnet (3).
Autor opinatur: voce 'paresis' remissionem sui generis describi, quae locum habuit in VTo et a remissione peccatorum in tempore salutis differt sed eam iam adumbrat.

Conclusio:

Omnibus discriminibus tenuissimis (Nuancen) semotis possumus dicere: quattuor opiniones principales de significatione vocis 'paresis' in historia exegesis haberi: Nam interpretationem invenit in sensu remissionis (ac 'aphesis' aut specialis), praetermissionis (aut dilationis) et alicuius interni status debilis causati a peccato.

---

(1) Cf. Die Mischna, Joma, Gießen 1913, ed. J.Meinhold.
(2) Michel loquitur de "Karfreitag"; cf. Römerbrief 109.
(3) Cf. Bib, l.c., 57s. et exeg. in Rom, praesertim 235s.

Dictae quattuor interpretationes speciales sat diversae sunt, atque adeo se inter se excludunt.
Propterea intendimus eam invenire, quae textui magis consentaneum est.
Sed antequam adimus textum ipsum in epistola ad Romanos, sensum philologicum nostrae vocis statuere volumus, i.e. eius significationem in textibus extrabiblicis.

CAPUT SECUNDUM:

INVESTIGATIONES LINGUISTICAE CIRCA VOCEM 'PARESIS. (1)

Vox 'paresis' derivatur a verbo 'parienai'. Substantivum in LXX numquam, in NTo tantum semel invenitur. Etiam in litteratura graeca profana non multa exempla adsunt.

Ad constituendam significationem accuratam huius vocis recurramus ad textus, in quibus occurrit.

I. DE VOCE 'PARESIS' IN LITTERATURA GRAECA.

Uno exemplo exepto (Hippokrates) substantivum tardius in litteratura graeca apparet et triplicem sensum prae se fert. Nempe reperitur ut terminus technicus medicinalis et iuridicus et in sensu magis generali.

a) 'paresis' ut terminus technicus medicinalis.

In hac significatione 'paresis' quater occurrit.

{377} Primum exemplum exstat apud HIPPOKRATEN, Epidimiai 4,45,

---

(1) Ad hoc cf. Liddel-Scott et Bauer; W.G.Kümmel, Paresis et Endeixis, ZTK 49 (1952) 154-167; S.Lyonnet, VD 28 (1950) 282-287.

ubi 'paresis' paralysim seu languorem significat (1).

Etiam in aliis locis 'paresis' est terminus pro aliquo morbo.

Sic apud PLUTARCHUM designat dissolutionem vel resolutionem membrorum ebrietatis causa. En textus (2):

"tois de pleistois eis paresin hai methai teleutôsin, hotan ekplêxê pantapasin kai katasbesê to termon ho akratos" (3).

Simili modo occurrit apud ARETAEUM, De D.A. 7 (4):

"apoplêxiê, paraplêgiê, paresis, paralysis, hapanta tô genei touta ê gar kinêseôs ê haphês ê amphoin esti ekleipsis, kote kai gnômês, kote kai tês allês aisthêsios."

Ex parallelismo cum aliis morbis concludi potest 'paresis' hic morbum designare, qui in aliqua amentia consistit.

Hunc sensum etiam apud ALEXANDRUM TRALL. invenimus, ubi 'paresis' cum 'paralysi' - 'nekrôsi' identificatur:

"Pareseôs pathos, ho kai paralysin onomazein eiôthasin

---

(1) Cf. J.M.Creed, Paresis in Dion.of Halic., JTS 41 (1940) 30: "In Hippokrates and elsewhere Paresis is found as a medical term for paralysis." Textus ipse non in manus meas pervenit.

(2) Scripta Moralia 652; ed.Didot, Parisiis 1890.

(3) In versione latina: "plerisque ebrietas in resolutionem membrorum desinit, ubi merum calorem omnino profligavit atque exstinxit."

(4) Cf. H.Stephanus, Thesaurus graecae linguae, vol.VI, 494.

ouden allo ê anaisthesia kai akinêsia tôn peponthotôn topôn - paulo post vero paresin esse dicit - tou hemiseôs sômatos ê henos merous nekrôsin ê kai tinôn myriôn neurodôn, eschêkotôn emphraxin, chôris tou pathein ê ton egkephalon ê ton nôtiaion" (1).

Ergo in omnibus his textibus (2) 'paresis' intelligitur ut languor vel aegritudo corporis et etiam animae aut mentis. Optime vertitur ope 'paralysis' vel resolutionis vel languoris.

b) 'paresis' ut terminus technicus iuridicus.

In hoc sensu occurrit bis: apud Dionysium Hal. et Phalarem.

7L.X DIONYSIUS HAL!, Ant.Rom.7,37,2 (3):

"para de tôn demarchôn polla liparêsantes tên men holoscherê paresin ouch heuronto, tên de eis chronon hoson êxioun anabolên elabon."

In hoc textu sermo est de processu contra legendarium Coriolanum. Tentatio rem componendi (holoscherê paresin) non habuit successum (ouch heuronto); processus tantum differebatur (anabolên elabon). Ex oppositione ad 'anabolê'= dilatio patet 'paresis' hoc in loco sensum habere di-

---

(1) Cf. H.Stephanus, l.c.

(2) Liddel-Scott pro hoc sensu (slackening of strength, paralysis) etiam nominat Damascium, cuius textus non in manus meas pervenit.

(3) Cf. Creed, art.cit.

missionis processus (1).

Sed notandum est sensum dimissionis processus voci 'paresis' tantum in coniunctione cum 'holoscherê' convenire, ex se ipso forsitan tantum aliquam praetermissionem denotat.

PHALARIS, Epist.81,1 (2):

loquitur in hac epistola ad Ennensem, quae sub suo nomine traditur, de remissione debitorum:

"ou metamelomenos epi tê paresei tôn chrêmatôn....
tous autous tote men hôs penomenous paresin aiteisthai chrêmatôn."

Scriptor epistolae videtur precibus appellatum fuisse debita remittere, quod autem iuxta suam opinionem sana ratione caret.

Ergo etiam hoc in loco aliquis sensus technicus, nempe iuridicus, apparet, agitur de re iuridica.

Forsitan possumus etiam in aliquo textu DIONIS CHRYS. (3) sensum iuridicum, largiorem quidem, invenire,

---

(1) Inde Lyonnet (VD 28 (1950) 283) non exacte dicit, hic de integra condonatione debitorum agi.Etiam'amnestia' (Zorell s.v.) non convenit plene sensui huius phrasis. Nam, si de liberatione ageretur auctor iuxta suam consuetudinem 'aphesis' adhibuisset, ut notat Creed, l.c.

(2) Cf. citationem apud Lyonnet, l.c. 283; fons primarius non in meam potestatem venit.

(3) Cf. Bauer et Kümmel, art.cit. 153 n.3.

ubi sermo est de aliqua remissione ex parte Dei:

"tinas mentoi kai lian oligous paresin tina schein ek tou theou kai dedesthai men, elaphrôs de pany di' epieikeian."

Per modum conclusionis possumus dicere: 'paresis' ut terminum technicum iuridicum sensum habere dimissionis et remissionis.

Praeter sensum technicum pro campo medicinali et iuridico 'paresis' invenitur etiam in sensu magis generali.

c) <u>'paresis'in sensu generaliore</u>.

Pro hac significatione habemus tantum pauca exempla. Alter textus <u>PLUTARCHI</u>, Comp.Dionis c.Bruto (1):

"Diona d' hê Dionysiou paresis ek Syrakousiôn kai to mê kataskapsai tou proterou tyrannou ton taphon epaition malista pros tous politas epoiêsen." (2).

In hoc textus 'paresis' habet significationem dimissionis vel melius liberationis - sed non in sensu iuridico - quae liberatio non iuste facta est, ergo aliquo modo praeter ordinem, praetermissus est contra voluntatem populi.

---

(1) ed.Didot, Parisiis (sine anno), 1204.

(2) Versio latina: "Dionem dimissio Dionysii Syracusis et quod non delevit sepulcrum prioris tyranni maxime odiosum civibus reddidit."

Apud APPIANUM, Basil.Fragm.13 (1) 'paresis' occurrit in sensu neglectionis:

Hoi de Latinoi egklêmata eis Romanous epoiounto tên de paresin autôn tên epi sphas ontas enspondous kai syggeneis."

SUIDAS, qui nobis hunc textum tradidit, eum commentat: "tout estin tên amelaeian, tên kataphronêsin."

Latini igitur Romanos accusabant, quod licet foedere cum eis coniuncti et cognati ab eis contemnerentur (est aliqua species praetermissionis = quasi spiritualiter praetermissi sunt a Romanis (2)).

In Lexicon HESYCHII (3) 'paresis' invenitur in sensu generaliore, cum speciali accentu, explicatur nempe ab autore ope 'sygchôrêsis' = indulgentia. Si quis indulgentem se praebet vitia alterius praetermittit, i.e. non imputat.

Omnibus his exemplis perpensis possumus concludere: omnes significationes inventas plus minusve ad sensum

---

(1) Ed. Didot, Parisiis 1877.

(2) Cf.Lyonnet, l.c. 284: "Quaeri fortasse potest utrum Suidas alteram significationem afferre intendat, an potius acceptionem metaphoricam prioris acceptionis: relaxatio seu paralysis non iam membrorum corporis sed affectus animae." Nam antequam Suidas Appianum citat, habet: 'paresis': 'nekrôsis'.

(3) Cf. S.Lyonnet, l.c., 284.

elementarem verbi: praeter-missio (par-esis; par-ienai) reduci posse.

Haec significatio elementaris clarius in sensu generaliore conservatur: demissio alicuius vel neglectio vel indulgentia aliquo modo characterem praetermissionis prae se ferunt (ut vidimus in explicatione textuum).

In ambientibus specialibus econtra vox characterem huius ambientis assumit.

Ita in campo medicinali 'paresis' assumit sensum paralysim vel languorem (est quasi praetermissio virium corporis aut animae et deinde status hac praetermissione effectus).

In campo iuridico accipit sensum: remissio, liberatio (est quasi praetermissio debitorum, captivi, sed semper cum idea subintellecta: hoc fit praeter ordinem solitum (1)).

Omnes hae distinctiones et varietates sensus (Nuancen) iam in verbo (parienai) contineri, nobis exempla, in quibus verbum occurrit, monstrabunt.

---

(1) Pro remissione "ordinaria" existit terminus 'aphesis'.

II. DE SIGNIFICATIONE VERBI 'PARIENAI'.

Etsi verbum, quod in litteratura graeca iam apud Homerum, Sappho et Pindar apparet, valde differentius adhibetur (1), tamen eius significationem omnibus tenuissimis discriminibus significationis semotis in duas categorias complecti possumus: in sensum generaliorem et in sensum specialem vel aliquo modo technicum.

a) Exempla pro sensu generaliore.

HERODOT, 1,177 (2):

"Ta men nyn katô tês Asiês Harpagos anastata epoiei, ta de anô antês autos Kyros, pan ethnos katastrephomenos kai ouden parieis."

In hoc textu sermo est de subiectione Asiae a Kyro facta, qui nullum populum praetermisit vel omisit. Hic sensus est sensus originalis verbi.

Pro sensu omittendi aliud exeplum apud PINDAR (3):

"all' homôs, kressôn gar oiktirmou phthonos, mê pariei kala!" (Py.I,86).

DIO CASSIUS, 51,5 (4):

"tauta te oun kai ta alla ta epeigonta dioikêsas, tois

---

(1) Cf. Bauer s.v. et Bultmann, in TWNT I,506.

(2) Ed.Didot, Parisiis 1887, 58.

(3) Cf. Lexicon Pindaricum, componit J.Rumpel, 1961, s.v.

(4) Ed.Boissevain, Berlin 1898, Vol.II,356.

te tina adeian labousin kai en tê Italia diaitasthai (ou gar exên) dous, kai ton dêmon ton en Romê hypoleiphthenta paremenos, hoti mê pros auton êlthen, es te tên Hellada authis triakisiô meta tên aphexin hêmera apêre."

In hoc textu sermo est, quod populus romanus praetermittitur in sensu alicuius negligentiae. Ergo 'parienai' hic habet sensum : negligere (= praetermittere in sensu translato).

XENOPHON, De Equit.Mag.7,10 (1):

"philousin de pôs stratiôtai hosô an pleious ôsi tosoutô pleiô hamartanein....Ta oun toiauta hamartêmata ou chrê parienai akolasta. Ei de mê...."

DIONYSIUS HAL., Ant.Rom.II,35,4 (2):

"Pariemen oun autois tên hamartada tautên azêmion, kai out' eleutherian out' ktêsin out' allo tôn agathôn ouden tous politas hymôn aphairoumetha."

In his duobus exemplis 'parienai' in coniunctione cum 'akolasta' et 'azêmion' significat praetermittere impunita, sed non adest sensus specilais, quia haec significatio verbo non ex se sed tantum ex contextu convenit (3).

c) Exempla pro sensu speciali.

PLUTARCHUS, Mor.102 A (4):

"pareimenon to te sôma kai tên psychên hypo tês..."

---

(1) Ed.Didot, Parisiis ~~1924~~ 1885, 736.

(2) Ed.Didot, Parisiis 1886, 94.

(3) Cf. etiam Lyonnet, l.c., 285.

(4) Ed.Didot, Parisiis 1921

Hic de languore corporis et animae sermo est. Participium perf.pass. saepius in hoc sensu invenitur (1). Haec forma verbi aliquo modo correspondet sensui technico medicinali, aut melius dictus sensus technicus de hac forma verbali derivatur.

Praeter hanc significationem specialem invenimus adhuc aliam, quam in sensu ampliore iuridicam nominare possumus. Hic sensus apparet praesertim in textibus, in quibus de condonatione delictorum aut de remissione debitorum sermo est, praesertim in Papyris hic sensus reperitur. En aliquae exempla.

JOSEPHUS FLAVIUS, Ant.Jud.15,3,2 (2):

"Ho de tên men heôs tês egcheirêseôs easas proelthein ep' autophôrô tou dramau synelabe, parêke de tên hamartian, chalepon men ouden, ei kai sphodra boloumenê en autô, diathenai tolmêsas..."

Iuxta contextum narratur condonatio delicti Alexandrae a parte Herodis. Haec condonatio verbo 'parienai' exprimitur.

Textus similis habetur in ARISTOPHANES, ran.699 (3):

"eikos hymas...tên mian tautên pareinai xymphoran aitoumenois" = decet vos petentibus hunc malum condonare.

---

(1) Cf. e.g. Eurip.Orest.881: 'pareimenos nosô' aut Plat.Lg.931 d: 'pareimenos gêra'.

(2) Ed.Didot, Parisiis 1865,578.

(3) Cf. H.Stephanus, op.cit.,s.v.

DITTENBERGER (1), 669,50:

"parentes autôn tên apaitêsin."

444,16: "tôn progegemenôn etôn pareisthai tas poleis pasas tôn tokôn." (2).

In omnibus his casibus 'parienai' prae se fert sensum condonandi vel remittendi. Et hic sensus plus occurrit quam alii.

Ergo: apud verbum habemus quasi eandam situationem sicut apud substantivum. Praeter alias (e.g. permittere (3)) invenimus tres principales significationes, quas iam statuimus apud substantivum. Notandum est, quod sensus remittendi apud verbum in litteratura graeca praevalet (4).

In fine nobis restat aliquid dicendi de verbo 'parienai' in LXX (5).

---

(1) Orientis graeci inscriptiones selectae.

(2) Cf. adhuc Dittenberger 329,33.39 et Preisigke, Wörterbuch der griechischen Papyrusurkunden, Berlin 1927,s.v.

(3) Herod.7,161.

(4) Cf.W.G.Kümmel,l.c.,157.

(5) Nam influxus LXX ad verborum supellicem NTi exspectandus est. Quoad Paulum cf. Michel 22/23: "Es ist fraglich, wie weit man bei ihm (Paulus) von einem besonderen Judengriechisch reden soll, doch darf man den Einfluß der LXX auf Wortschatz und Asudrucksweise nicht verkennen."

III. DE VERBO 'PARIENAI' IN LXX.

Substantivum, ut iam constatavimus, (pg 17) in LXX non invenitur, verbum econtra duodevicies (aut septies decies, quia 1Macc 11,35 non certum est (1)) occurrit. Quoad significationem adest maior varietas. Sed etiam hic possumus coniungere hanc varietatem in duas significationes principales: in sensum magis communem, qui sensum originalem (praetermittere) melius conservavit, et in sensum translatum, qui aliquem statum describit.

a) Exempla pro sensu communiore.

Judith 12,12: "Idou gar aischron prosôpô hêmôn ei gynaika toiautên parêsomen ouch homilêsantes autê, hoti ean tautên mê epispasômetha (verführen) katagelasetai hêmôn."

Hic textus refert habitudinem Assyriorum, iuxta quam foenum est feminam immunem a viro dimittere. Ergo 'parienai' habet sensum: dimittere (2)

Ps 137,8: "Kyrie to eleos sou eis ton aiôna, ta erga tôn cheirôn sou mê pares (3)".

Hic orator Dominum petit, quod Iste opera manuum suarum non despiciat, ut vertit Vg, sed melius verbotenus: non praetermittat, utique cum sensu negligentiae.

---

(1) Codex Sinaiticus habet 'eparkesomen'; recensio Luciani legit: 'eparkôs pariemen'.

(2) Germanice: "gehen lassen".

(3) TM habet רפה = ~~retro mansit~~ maliquem diseruit (non adiuvans) (cf.Zorell s.v.).

Ex 14,12: "pares hêmas, hopôs douleusômen tois Aigyptiois."

Dimittes nos, ut serviamus Aegyptiis (1).

Ergo in his exemplis habemus sensum mittendi in diversis distinctionibus (Nuancen).

Ad hanc categoriam adsribendum est etiam Sir 23,2, quod saepe citatur, si de voce 'paresis' sermo est.

"tis epistêsei epi tou dianoêmatos mou mastigas kai epi tês kardias mou paideian sophias, hina epi tois agnoêmasin mou pheisôntai kai ou mê parê ta hamartêmata autôn."

Versio latina: Quis superponet cogitatui meo flagella et cordi meo educationem sapientiae, ut ignorationibus meis non parcant et non praetermittas peccata eorum.

Adest difficultas, quaenam forma sit 'parê'. Potest esse 3.p.s.coni.aor.act. aut 2.p.s.coni.aor.med.

Probabiliter est hic 2.p.med. Sapiens Deum, quem in v.1 alloquitur, orat, ut eum non praetermittat, hoc est iuxta contextum, quod peccata sua puniat (2).

---

(1) TM habet חדל = retro mansit (cf.Zorell s.v.).

(2) Vg habet: ut non appareant peccata.
S.Lyonnet, Exeg. in Rom., 230: ut non emittantur delicta, quod etiam contextui correspondet: Deus non permittat, ut adhuc peccata fiant.
Cf. etiam Creed,art.cit.,30: "he only asks, that he may not be without a wholesome chatisement following close on his transgressions."

B) Exempla pro sensu translato.

In aliquibus textibus ope 'parienai' exprimitur status debilis hominis aut terrae.

Jer 20,9: "kai pareimai panthoten kai ou dynamai pherien."

Hic describitur status defectionis (1).

Textus similis exstat apud Sph 3,16:

"mê pareisthosan hai cheires sou." (2)

Dissolutio, infirmitas manuum est signum pro interna infirmitate hominis (cf. adhuc Jer 4,31).

Deut 32,36: "eiden gar paralelymenous autous kai ekleleipotas en epagôgae kai pareimenous."

Hoc in loco per 'pareimenous' indicatur desolatio animae (3).

Dum in exemplis antecedentibus de statu infirmo hominis sermo erat, in Num 13,21 de statu "infirmo" terrae sermo est, i.e. de infertilitate terrae:

"kai tis hê gê, ei piôn ê pareimenê, ei estin en autê dendra ê ou." (4).

Ergo significatio verbi 'parienai' in LXX non differt a significatione verbi iam in litteratura profana inventa.

---

(1) TM habet לאה nif. = prae taedio non potest amplius (cf.Zorell s.v.).

(2) TM habet רפה = alicuius manus deficiente animo ac robore debilitantur; aliquis animo concidit (Zorell).

(3) TM habet עזב = discessit, deseruit (Zorell).

(4) TM habet רזה = parum fertilis regio (Zorell).

Tamen usus technicus in LXX minus occurrit praeter hunc statum , de quo sermo erat. Pro sensu iuridico nullum exemplum habemus. Praevalet sensus mittendi, qui diversis modis variatur. (1).

<u>CONCLUSIO</u>

Vox 'paresis' occurrit in triplice significatione, quae etiam pro verbo testificata est et ab eo confirmatur, nempe languor/paralysis, remissio/condonatio et praetermissio (cum diversis discriminibus: dimissio, omissio, neglectio).
Omnes hae significationes autem approximative intelligendae sunt, i.e. in omnibus aliquo modo sensus mittendi conservatur, qui sensus in differentibus contextibus et ambientibus ultimum colorem assumit.

Inde sensus vocis 'paresis' in Rom 3,25 tantum ex contextu definiri potest. Itaque pauci momenti est, num vox, praesertim verbum, in maiore numero in significatione remissionis occurrit. (2) Tantum ea significatio

---

(1) In NTo praeter Rom 3,25 verbum bis occurrit: Luc 11,42 in sensu omittendi et Heb 12,12 ut participium perf. pass. in sensu status defectionis (est citatum ex Is 35,3).

(2) Hoc mihi videtur dicendum esse contra Lyonnet, qui nimis usum vocis 'paresis' (in sensu remissionis) magni facit. Cf. Exeg.in Rom.,233: "Ex altera parte iuxta usum vocis paresis agi debet de quadam remissione peccatorum non de mera praetermissione."

iusta est, quae contextui melius correspondet, etsi in aliis textibus vix inveniretur. (1).

Nunc in capite sequente ad contextum nostri conceptus recurrimus.

---

(1) Cf. W.G.Kümmel, art.cit.,157/158: "Die lexikographische Untersuchung zeigt also, daß Paresis weitaus am häufigsten im Sinne von Erlaß belegt ist und daß dieser Sinn durch den Gebrauch des Verbums parienai im Sinne von "erlassen" auch noch als üblich erwiesen wird, wenn der Gebrauch des Verbums auch die Möglichkeit nicht ausschließt, daß das Substantiv im Sinne von "hingehenlassen" gebraucht worden sein kann. Nur der Kontext kann darum über die Frage entscheiden, welche dieser beiden Bedeutungen in Röm 3,25 vorliegt."

CAPUT TERTIUM:

D E   C O N C E P T U   'P A R E S I S'   I N   E P I S T O L A   A D   R O M A N O S.

In capite antecedente sensum mere philologicum vel usum vocis 'paresis' statuimus, nunc in novo capite examinabimus omnes quaestiones theologicas cum hoc conceptu connexas.

Sensus theologicus nostri conceptus naturaliter a contextu dependet et proposito theologico S.Pauli in hoc loco correspondere debet.

Ut iam in introductione diximus 'paresis' ad partem propter sua dicta theologica centralem totius epistolae pertinet. In de exegesis huius partis gravissimae a nobis facienda est.

Ad melius comprehendendum suam gravitatem et naturam theologicam etiam contextus remotus inspiciendus est quoad suam relationem ad partem laudatam.

Via igitur procedendi haec est: appropinquabimus nostro conceptui a parte exteriore ad intus gyrum semper angustiorem facientes: a contextu remoto et proximo ad ipsum versiculum 25 capitis 3, et de eo ad conceptum quaesitum.

§1. DE CONTEXTU REMOTO: ROM 1 - 3.

Post praescriptum, quod valde amplificatum est (1) et iam argumentum epistolae innuit (Evangelium Dei de Filio suo), 1,1-7, Paulus Deo gratias agit pro fide Romanorum, v.8.

Postea sequuntur aliquae communicationes personales Apostoli: de sua oratione pro Romanis et de suo proposito Romam petendi, ut et ibi Evangelium annuntiet, 1,9-15. Postquam in v.16a rationem, cur promptus sit etiam Romae evangelizare, nominavit (non erubescit Evangelium), in v.16b illud Evangelium describit ut virtutem Dei salutarem omni credenti. Et statim in v.17 adiungit argumentum huius Evangelii, quod est simul thema principale (2) suae epistolae: Iustitia Dei in eo revelatur ex fide in fidem (3).

---

(1) Cf. etiam praescriptum ep. ad Gal et ad Tit.

(2) Cum hoc themate alia themata coniuncta sunt, quae partim id illustrant et partim supplent: thema iudicii, passionis Christi, legis et peccati, spiritus, sanctitatis, oboedientiae fidei, gloriationis, libertatis, electionis, revelationis mysterii. Cf. K.Prümm, Zeitschr. für kath.Theologie 72 (1950) 333-349; etiam Michel, 21s et 56.

(3) Paulus iam in 1,1-5 argumentum Evangelii indicaverat: Jesum Christum Filium Dei. In utroque casu de eadem re agitur, quae tantum sub diverso aspectu formulatur.- S.Lyonnet dividit aliter: in v.16 Paulum argumentum totius epistolae annuntiare: salus per Evangelium, et in v.17 argumentum prioris sectionis: iustificatio per fidem (cap.1-4). Vide Exeg.in Rom., 76/77.

§1. DE CONTEXTU REMOTO: ROM 1 - 3.

Post praescriptum quod valde amplificatum est (1) et iam argumentum epistolae innuit (Evangelium Dei de Filio suo), 1,1-7, Paulus Deo gratias agit pro fide Romanorum, v.8.

Postea sequuntur aliquae communicationes personales Apostoli: de sua oratione pro Romanis et de suo proposito Romam petendi, ut et ibi Evangelium annuntiet, 1,9-15.

Postquam in v.16a rationem, cur promptus sit etiam Romae evangelizare, nominavit (non erubescit Evangelium), in v.16b illud Evangelium describit ut virtutem Dei salutarem omni credenti. Et statim in v.17 adiungit argumentum huius Evangelii, quod est simul thema principale (2) suae epistolae: Iustitia Dei in eo revelatur ex fide in fidem (3).

---

(1) Cf. etiam praescriptum ep. ad Gal et ad Tit.

(2) Cum hoc themate alia themata connexa sunt, quae partim id illustrant et partim supplent: thema iudicii, passionis Christi, legis et peccati, spiritus, sanctitatis, oboedientiae fidei, gloriationis, libertatis, electionis, revelationis mysterii. Cf. [illegible], Zeitschr. für kath.Theologie 72 (1950) [illegible], [illegible] et 55.

(3) Paulus iam in 1,1-5 argumentum Evangelii indicaverat: Iesum Christum Filium Dei. [illegible]

Hoc in loco autem argumentum tantum praeannuntiatur et non amplius explicatur - explicatio fit in 3,21-26.

Deinde per 'anochê' exprimitur aspectus magis dynamicus et positivus, qui iterum dependet a facto, quod Paulus tempus VTi sub influxu Christi videt (3).

---

141 (1) Nam quemadmodum 'anochê' includit ideam "nondum" eodem modo ei inest idea "iam". Conceptus sustentationis nempe includit ideam, ut id, quod nondum est, aliquando erit - tantum interim sustentatur, retinetur - et ita iam in recessu (Hintergrund) stat, iam promptus est.

142 (2) Ad hanc ideam temporis voci ipsae inhaerentem demonstrat etiam Trench, Synonima des NT, Tübingen 1907, 123.

143 (3) In sensu positivo dynamico vox occurrit iam Rom 2,4: "An divitias benignitatis eius et tolerantiae et longanimitatis contemnis, nesciens quod benignitas Dei ad conversionem te vult ducere?"
Hoc in loco sensus 'anochê' simul definitur a vocibus parallelis. Hae tres notiones: chrêstotês, anochê, makrothymia, quae stilistice plenitudinem benignitatis ~~plenitudinem~~ (conceptus principalis est chrêstotês; cf.

Hoc vult dicere Deum in illo tempore patientiam praebuisse et quidem propter Christum.

In quo autem consistit dicta patientia, cuius ratio Christus est?

Quia contextus immediatus (hilastêrion et eius functio ut titulus) commendat relationem ad cultus, haec patientia consistat in eo, quod Deus insufficientiam sacrificiorum veteritestamentariorum, quae sub aspectu NTi veram expiationem efficere non potebant, supportabat.

Insufficientia nempe illorum sacrificiorum ex se ipsis expiandi demum perspicua fit sub cognitione salutis in Christo ventae: cf. Hebr 10,4.11 (1), (eodem modo demum sub aspectu Jesu Christi cognoscitur impotentia legis salutem dandi, cf.Rom 3,20).

Eo quod Deus igitur revelationem Jesu Christi sustentabat haec insufficientia, quae obiective existebat, non manifesta fiebat sed hominibus illius temporis ignota manebat,

---

./. neutrum syntheticum 'to chrêston' v.4) pramunt, non psychologice intelligendae sunt, ut optime notat Horst, makrothymia, in TWNT IV,385, sed tamquam actio historica Dei cum indole salutifero, quae autem aliquando finem habebit in ira iudicii (v.5) (actio historica connotat ideam temporis). Sensus versiculi est: Deus dat tempus tamquam donum religiosum, i.e. tamquam occasionem ad conversionem. Pro sensu anochês ex eo sequitur: est patientia in sensu positivo dynamico.

144 (1) Hebr 10,4: "Impossibile enim est, sanguine taurorum et hircorum auferri peccata."
Hebr 10,11: "Et omnis quidem sacerdos praesto est quotidie ministrans, et easdem saepe offerens hostias, quae numquam possunt auferre peccata."

[illegible]

tantum Deo nota erat, qui autem illam, humano modo dictum supportare potebat, quia compensationem ea sacrificia amplius exaequantem habebat.
Haec compensatio erat sacrificium expiationis Jesu Christi, quod iuxta voluntatem Dei, quasi in anticipatione, iam in tempore VTi valebat. Hoc sequitur ex textu, qui dicit Deum proposuisse Christum tamquam hil., ut efficaciter ostenderet iustitiam suam in tempore 'anochê t.th.'.
Ergo Deus peccata in illo tempore facta non sinebat sine expiatione. Etsi sacrificia illius temporis veram expiationem efficere nequibant - eorum valor magis in eo erat, quod tamquam expressio externa conversionis internae hominem indirecte ad condonationem disponebant (1) - tamen iam sacrificium crucis illa peccata expiabat, quia Deus expiationem Christi in cultu VTi (quod notio hil. innuit) efficacem esse sinebat, ita iustitiam suam salvificam in illo tempore ostendens.
Ita cultus VTi, praesertim institutio kapporeth iuxta intelligentiam paulinam ad Christum demonstrabat, atque adeo ab eo dependebat.

---

145 (1) Cf. Amiot, Die Theologie des hl.Paulus, 86.
Deus sacrificia illa instituerit propter desiderium hominis Deo satisfaciendi. Et hanc satisfactionem insufficientem patienter tolerabat.

[illegible] Jer 30,11

Quam ob causam patienter supportabat insufficientiam sacrificiorum VTi.
Ergo etiam aspectus patientiae voci 'anochê' hoc in loco inhaerens iuxta respectum historiae salutis interpretandus est, i.e. respectu Jesu Christi tamquam hil.
Hoc significat aliis verbis non tantum tempus salutis (ho nyn kairos) sed etiam tempus antecedens (quoad iudaeos) sub influxu Christi stare, i.e. aliquo modo tempus gratiae esse, quidem non aperte sed velato modo et quasi in anticipatione. Emanatio huius gratiae est, ut ita dicam, illa dynamica patientia Dei, quae est igitur non mere passiva tolerantia sed actio in commodum hominis. Haec patientia autem finem habuit cum initio temporis salutis.

Interpretatio conceptus 'anochê' a nobis proposita nos tutos facit ab errore, quod patientia Dei in eo, consistat, quod Deus peccata in tempore VTi supportavisset, quae assertio clare testimonio VTi contradiceret.
Quod Deus peccata non supportavit, monstrat factum Deum peccata punivisse. En nonnulla exempla.
Quod Jahve peccatores non impunitos sinit, pertinet ad argumentum praedicationis propheticae: cf. eg. Jer 30,11:

"quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut salvem te, faciam enim consumationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te, te autem non faciam in consummationem, sed castigabo te iuxta mensuram, sed impunitum non te sinam (Vg.: in iudicio ut non videaris tibi innoxium)."

quam ob causam patienter supportabat insufficientiam sacrificiorum VTi.

Ergo etiam aspectus patientiae voci 'anochê' nec in loco laudato iuxta respectum historiae saluti interpretandus est, i.e. respectu Jesu Christi tamquam nil.

Hoc significat aliis verbis non tantum tempus salutis (ho nyn kairos) sed etiam tempus antecedens (quasi iudaeos) sub influxu Christi stare, i.e. aliquo modo tempus gratiae esse, quidem non aperte sed velato modo et quasi in anticipatione. Emanatio cuius gratiae est, ut ita dicam, illa dynamica patientia Dei, quae est igitur non mere passiva tolerantia sed actio in commodum hominis. Haec patientia autem finem habuit cum initio temporis salutis.

Interpretatio conceptus 'anochê' a nobis proposita nos tutos facit ab errore, quod patientia Dei in eo consistat, quod Deus peccata in tempore VTi supportavisset, quae assertio clare testimonio VTi contradiceret.

Quod Deus peccata non supportavit, monstrat factum Deus peccata punivisse. In nonnullis exempla.

Quod Jahve peccatores non impunitos sinit, pertinet ad argumentum praedicationis propheticae: cf. eg. Jer [illegible]:

"quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut salvem te, faciam enim consummationem in cunctis gentibus, ad quas eieci te, te autem non faciam in consummationem, sed castigabo te iuxta mensuram, sed impunitum non te sinam (?): in iudicio ut non videaris tibi innoxius."

Utique ob peccatum venit pernicies: Is 1,28:

et conteret scelestos et peccatores simul et qui dereliquerunt Dominum consumentur." (cf. adhuc Is 5,18-25).

De hac punitione scit etiam Psalmista: Cf. Ps 32,10:

"Multi sunt dolores impii, sperantem autem in Domino misericordia circumdat."

Vel Ps 147,6: "Sublevat humiles Dominus, impios deprimit usque ad terram."

Praeterea in 2,1-3,20, quae sectio de situatione iudaei ante Christum tractat, nullo verbo sermo est, quod Deus peccata supportabat, potius ex modo se gerendi Dei contra peccata paganorum (fortissima punitio) concludi potest Deum peccata odisse et non ea supportare.
Deinde, quod Deus benignus est et patiens et longanimis (Rom 2,4), non sibi vult peccata supportare sed tantum dare tempus ad conversionem peccatoris, quem autem puniet propter peccata sua, si impoenitens est(cf.pg.112 n.3).

Nostra interpretatio de 'anochê' neque contradicit illi, quod dictum est de misera situatione iudaei in 2,1-3,20. Ut vidimus (cf.§1), ibi sermo est de eodem tempore, quid hic (Rom 3,26) conceptu 'anochê' signatur.
Nam observandum est Paulum in 2,1-3,20 (1,18-32 de paganis tractans, hic nobis non interest) habere alium scopum argumentandi quam in 3,25s. Cum ibi situationem iudaei sine

[illegible] 2,1-3,20 [illegible]

[illegible] 3,25-26a.

[illegible] 3,1-4 [illegible]

[illegible]

Conclusio: [illegible] CAT [illegible]

[illegible] CAT [illegible]

[illegible] CAT [illegible] (Rom [illegible],25) [illegible]

Christo et ante Christum describat, hic loquitur de efficacia expiationis Christi pro duobus temporibus. Paulus igitur in utroque casu aliquid aliud probare vult, quae intentio effata per speciem inter se contradicentia efficit. Ita miser status in 2,1-3,20 descriptus videtur primo aspectu omnem salutem excludere, quid tamen ita non se habet, ut liquet ex 3,25-26a. Idcirco ea, quae in illa sectione de misera situatione iudaeorum dicta sunt, aliquo modo conceptu 'anochê' remprimuntur. Tamen in illa sectione posset allusum esse ad hoc in 3,1-4, ubi sermo est de iuribus praecipuis iudaeorum, quae Paulus non tollit.
His iuribus iudaei paganis praestabant et afficiebantur alia tractatione ex parte Dei quam pagani, i.e. in nostro casu patientia Dei dynamica positiva. Sed haec praestantia in nunc tempore abolita est (non est distinctio, Rom 3,22).

<u>Conclusio</u>: Sub phrasi 'en tê anochê tou theou' intelligendum est tempus VTi, quod sub aspectu temporis salutis sustentatione et patientiae Dei signatum est.
Agitur igitur de conceptu, qui tempus VTi in sua positione in historia salutis comprehendit, i.e. respectu Jesu Christi.
Ergo 'en tê anochê tou theou' est expressio historiae salutis Paulo omnino propria, quae dicit, quod Deus tempore VTi revelationem mysterii Jesu Christi (Rom 16,25) sustentabat, ex alia parte autem positive et dynamice patientem

[illegible]

[illegible]

se praebebat, i.e. quasi oculos avertens ab insufficientia sacrificiorum illius temporis iam in cultu expiationem a Christo patratam valere sinebat, ita ut illud tempus iam aliquo modo gratia Christi participabat.

Hic aspectus salutis, qui per relationem inter phrasim 'en tê anochê tou theou' et titulum (Christus tamquam hilastêrion) innuitur, nunc amplius explicabitur per conceptum 'paresis', cuius significatio cum 'anochê' intime coniuncta est.

[illegible] p.

[illegible] R 3, 25-26 [illegible] (1) [illegible]

§4. DE SENSU THEOLOGICO CONCEPTUS 'PARESIS'.

Conceptibus 'diakiosynê theou', 'hilastêrion' et 'anochê tou theou' investigatis saxa comportavimus, supra quae significationem vocis 'paresis' nunc exstruere possumus.

Definientes conceptum 'paresis' debemus respicere positionem eius in tota pericopa Rom 3,25-26.
Iam constatavimus: 'paresis' in primo membro parallelismi stare, quod de ostensione efficaci iustitiae Dei in tempore sustentationis patientis Dei tractat.
Dicta ostensio iustitiae Dei, quae iam in patientia dynamica se monstraverat, apparet prorsus in 'paresis' relate ad peccata in ista periodo facta.
Voce 'paresis' igitur actio Dei (1) descripta est, quae causam suam habet in ostensione iustitiae divinae in tempore sustentationis Dei, quae ostensio toti periodo qualitatem salutis anticipatae tribuit.
Hoc posito pro sensu 'paresis' concludendum est.

Quia voce 'paresis' actio divina descripta est, statim interpretatio excedit, quae in 'paresis' aliquem morbum

---

(1) Quod in voce 'paresis' actionem videre debemus, sequitur ex correspondentia eius cum 'dikaiounta' in secundo membro parallelismi.

§4. DE SENSU THEOLOGICO CONCEPTUS 'PARESIS'.

Conceptibus 'dikaiosynê theou', 'hilastêrion' et 'anochê tou theou' investigatis arta comportavimus, supra quae significationem vocis 'paresis' nunc exstruere possumus.

Definientes conceptum 'paresis' debemus respicere positionem eius in tota pericopa Rom 3,25-26.
Iam constatavimus: 'paresis' in primo membro parallelismi stare, quod de ostensione efficaci iustitiae Dei in tempore sustentationis patientis Dei tractat.
Dicta ostensio iustitiae Dei, quae iam in patientia dynamica se monstraverat, apparet prorsus in 'paresis' relate ad peccata in isto periodo facta.
Voce 'paresis' igitur actio Dei (1) descripta est, quae causam suam habet in ostensione iustitiae divinae in tempore sustentationis Dei, quae ostensio toti periodo qualitatem salutis anticipatae tribuit.
Hoc posito pro sensu 'paresis' concludendum est.

Quia voce 'paresis' actio divina descripta est, stricta interpretatio excedit, quae in 'paresis' aliquem morem

(1) Quod in voce 'paresis' actionem videre debemus, sequitur ex correspondentia eius cum 'dikaiounta' in secundo membro parallelismi.

internum vel statum malum a peccatis causatum videt (1).

Itaque vi usus vocis adhuc duae possibilitates restant: remissio et praetermissio.
Per se ambae convenire possunt, nam nihil refert, quae possibilitas pluria testimonia in textibus profanis habeat; de significatione non decernit significatio in aliis textibus sed contextus proprius (2).
Debemus igitur quaerere, quaenam interpretatio contextui melius congruat, i.e. aliis verbis: 'paresis' debet describere actionem Dei, quae nihil detrahit indoli positivae temporis-anochê et iustitiae Dei in illo tempore ostensae.

Ut statuimus, videt Paulus hoc in loco tempus VTi repsectu Jesu Christi, cuius expiatio iuxta voluntatem Patris iam pro illo tempore valebat, ex quo sequebatur Deum peccata in illo tempore non sivisse sine expiatione.
Ex altera parte constatavimus patientiam Dei abesse a supportare peccatorum.
Haec facta autem excludunt meram praetermissionem peccatorum in illo tempore commissorum. Mera praetermissio

---

(1) Cf.interpretationem aliquorum patrum graecorum (cap.I).
~~(2) Vide supra pg.31~~ n.2.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] in NT (2).

[illegible]

(in sensu negligentiae vel omissionis sc. punitionis aut expiationis, ut vox hodie communiter intelligitur) non corresponderet contextui, qui loquitur de actione salutifera Dei, cuius ratio redemptio Jesu Christi est. Hic positivus influxus Christi, qui ostensionem iustitiae Dei commovet, postulat etiam pro 'paresis' sensum positivum salutiferum. Itaque 'paresis' interpretandus sit in sensu alicuius remissionis.

Si Paulus autem hoc in loco de remissione peccatorum loqui volebat, cur non adhibuerit terminum in NTo usualem pro remissione peccatorum, 'aphesis' (1).

Paulum hunc terminum non adhibuerit, quia alium aspectum remissionis exprimere volebat. Nam 'paresis' et 'aphesis' non sunt identica, ambo exprimunt alium aspectum.

Ad statuendam differentiam primum breviter significationem et usum vocis 'aphesis' in NTo exponere volumus.


<u>EXCURSUS</u>: <u>De conceptu 'aphesis' in NTo</u> (2).

Praeter 'katharismos' (2Petr 1,9) - katharizein' (1Joh 1,9), 'katallagê' (Rom 5,11; 11,15) - 'katalassein' (Rom 5, 10), 'mê mimnêskesthai' (Hebr 8,12), mê logizesthai'(Rom 4, 8; 2Cor 5,19), 'charizesthai' (Col 2,13), 'aphaireisthai'

---

(1) Hypothesis de Bultmann-Käsemann: Paulum hic citare textum traditionis, non est solutio sed differt tantum punctum quaestionis, quaerendum esset, cur haec traditio adhibeat terminum non usualem.

(2) Cf. A.Kirchgäßner, Erlösung und Sünde im NT, 101-104.



(Rom 11,27) est 'aphesis' (aphienai) terminus usualis pro remissione peccatorum in NTo.

Ut Simeon senex praedixerat (Luc 1,77), Johannes baptista praedicabat baptismum poenitantiae in remissionem peccatorum (Mc 1,4; Luc 3,3).

Remissio peccatorum est nucleus nuntii salutis Jesu, ut patet ex praedicatione in synagoga in Nazareth, ubi verba Is (61,1) ad se ipsum adhibet (Luc 4,18 ("Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, praedicare captivis remissionem et caecis visum, dimittere confractos in remissionem, praedicare annum Domini acceptum!" Remissio captivorum = liberatio ex vinculis peccati).
Suos discipulos Jesus docet remissionem peccatorum implorare a Patre coelesti (Mt 6,12; Luc 11,4) (1).
Sed et Jesus ipse remittit peccata propria virtute (Mc 2,5.10, Par).
Excepta ex remissione est tantum blasphemia contra Spiritum Sanctum (Mc 329; Mt 12,31).
In remissionem peccatorum Jesus effudit sanguinem suum (Mt 26,28).
Hoc est ultimum mandatum ante suum recessum in coelum: poenitentiam et remissionem peccatorum praedicari in nomine suo in omnes gentes (Luc 24,47).

Fideles mandato Jesu Apostoli praedicabant conversionem et baptismum in nomine Jesu in remissionem peccatorum (Act 2,38); propterea Deus exaltavit Eum ad dandam Israel conversionem et remissionem peccatorum (Act 5,31; cf. 13,38). In nomine Jesu omnis, qui credit in eum, accipit remissionem peccatorum, ut testificant omnes prophetae (Act ;o,43; cf. 26,18 et 1Joh 2,12).

In litteratura paulina vox aphesis raro occurrit. Verbum in sensu specifico invenitur tantum Rom 4,7 (in sensu communi Rom 1,27): "Beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum obtecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum."
Dum in Psalmo, quem Paulus hic citat, peccator, qui confessus est Deo peccata sua, ab Illo remissionem (stat in

---

(1) Hic et Luc 4,18 apparet adhuc optime sensus primitivus iuridicus liberationis captivorum et remissionis debitorum, in quo sensu vox occurrit in LXX (cf. Deut 15,3; Lev 25,28); cf. Trench, Synonyma Novi Testamenti, 69s.

[illegible] Col 1.14 - Eph 1.7 [illegible] Col 1.14 [illegible] aph. ...

apolytrosis ......

apol. [illegible]

[illegible]

Eph 1.7 [illegible] Col 1.14 [illegible] apol. [illegible]

[illegible]

parallelismo cum "tegi" et "non imputare") accepit et Deum pro hoc laudat se identificans cum omnibus, quibus Deus remisit (1), Paulus Psalmum in sensu suae doctrinae de iustificatione interpretat.
'makarismos' a Psalmista prolatus iuxta Paulum valet pro eo, qui iustitam a Deo recepit in sensu Rom 3,21ss, quo simul dictum est, quod iustitia a Deo donata consistit in remissione peccatorum.

Substantivum invenitur Col 1,14 et Eph 1,7.

Col 1,14: Hoc in loco phrasis 'aphesis tôn hamartiôn' explicat 'apolytrôsis'. En textus:
v.13: "qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum Filii dilectionis suae,
v.14: in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum."
'apolytrôsis' significat redemptionem, est terminus technicus pro salute messianica, quae annuntiata in VTo et nunc impleta est. 'apolytrôsis' est quasi synonyma cum 'sôtêria' (2). Forsitan in v.13 sermo est de possessore, ex cuius potestate empti sumus: ek tês exousias tou skotou (3). Peccato in potestatem tenebrarum nos inretiti sumus. Remissio peccatorum tunc significat liberationem, redemptionem ex hac potestate, ergo redemptio est remissio peccatorum. Hanc remissionem habemus in Christo, Filio dilecto Patris. Primus impetus situs est apud Patrem, qui nos eripuit ex potestate tenebrarum et transtulit in regnum Filii sui. Christus est mediator, sine quo redemptio, remissio non potest intelligi.

Eph 1,7: "In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum divitias gratiae eius."
Hic occurrunt iidem conceptus ac in Col 1,14. Tamen sensus primitivus de apolytrôsis hic melius conservatus est, quia ope phrasis 'dia tou haimatos autou' quasi pretium re-demptionis nominatum est. Hunc pretium solvit Christus, dilectus Filius (cf.Col 1,13). Habemus allusionem claram ad sacrificium crucis, cuius fructus est remissio peccatorum (paraptômata et hamartiai sunt identica quoad rem). Nominatio pretii characterisat mortem crucis in mortem expiationis.

---

(1) Cf. Kraus, Die Psalmen, Neukirchen 1960, 255.

(2) Cf. M.Dibelius, Handbuch zum NT 12, Tübingen 1953, ad locum. Pro conceptu 'apolytrôsis' cf. S.Lyonnet, de peccato et redemptione, vol.II, 24-48.

(3) Hanc possibilitatem admittit etiam Dibelius.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
Hebr 9,22 + 10,18 [illegible]
[illegible] Apg. [illegible]
[illegible]
[illegible] apolyt. [illegible]
[illegible] 2 K 3,25 [illegible]
[illegible] apol. [illegible] Initial.
[illegible] P. 2 K 3,25
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Motivum remissionis peccatorum situm est in divitiis gratiae eius. Primus impetus iterum a Patre procedit.

Ergo aphesis est primitive terminus iuridicus (cf.Mt 6,12), qui condonationem vel remissionem debitorum, delictorum (i.e.peccatorum) ante Deum significat.
Quoad argumentum idem dicit ac 'mê logizesthai' (2Cor 5,19; Rom 4,8) et 'charizesthai' (Col 2,13). Remissio idem est ac non imputare aut benevole condonare (1).

Hebr 9,22 et 10,18 quoad argumentum nihil novum apportant sed sublineant denuo, quod ~~redemptio~~ remissio peccatorum mediante sacrificio Christi facta est.

In epistolis paulinis igitur terminus 'aphesis' adhibetur in eodem sensu ac in Synopticis et Actibus Apostolorum.
Subiectum remissionis est Pater (apud Synopticos etiam Filius), mediator est Filius, et quidem in sua morte cruenta in cruce. Sine Christo igitur remissio peccatorum impossibilis est et cogitari non potest. Haec remissio quasi synonyma est cum 'apolytrôsis', in ea consistit salus, quam Christus portavit, iustitia, quam Deus dat.

Pro cohaerentia horum locorum cum Rom 3,25s momenti est, quod in omnibus tribus locis (Col 1,14; Eph 1,7 et Rom 3,25) conceptus 'apolytrôsis' occurrit (in Rom 4,6s iustitia); haec apolytrôsis effecta est per Christum, in qua re in omnibus casibus primus impetus a Patre procedit. Hoc nobis dat ius in his locis effata affinia videre.
Tanto notabilius est, quod Paulus Rom 3,25 non utitur voce aphesis sed voce paresis. Hoc nos iterum ducit ad quaestionem:cur?

Certe, quia Paulus alium aspectum exprimere volebat.


Propterea intentionaliter elegit hapax-legomenon 'paresis',

qui agit in comparatione cum 'aphesis' de aliqua remissione

sui generis.

---


154 (1) Cf. Schlier, Der Epheserbrief, ad locum: "Das Nicht-Anrechnen wirkt sich aus im Erlaß, der ein Erweis der Verzeihung des richtenden Gottes ist."



Nam, cum 'aphesis' sit terminus technicus pro remissione peccatorum in tempore salutis (cf. excursum), describit 'paresis' remissionem peccatorum in tempore sustentationis Dei, quae remissio differt (quidem non toto coelo, ut opinatur Lyonnet (1)) a remissione, ut ita dicam normali, et ex alia parte cum ea congruit.
Propter differentiam erat quasi neccessarium eligendi aliud nomen, ut auditores aut lectores statim aures arrigerent audientes verbum insolitum indicantem rem diversam, usque adhuc ignotam.
Nam revelatio huius facti demum pertinet ad tempus salutis, etsi factum ipsum iam existebat, quidem in absconditate (nota aspectum absconditatis temporis-anochê).
Hoc factum est: Deus in tempore VTi peccata perdonabat propter Christum.
Ad exprimendum hoc factum conceptus 'paresis' valde idoneus erat, continet nempe vi vocis ideam remissionis et ideam alicuius praetermissionis et ita remissionem hanc specialem in sua proprietate accurate complectebatur.
Proprietas dictae remissionis in eo constat, quod quasi praeter (ordinem vel tempus praestitutum (2)) fiebat, i.e.

---

(1) Cf. Bib 38 (1957) 57.
(2) Similiter Hebr 11,11: praeter tempus aetatis.



praeter tempus salutis, ante redemptionem in cruce patratam, sed non sine respectu ad redemptionem, immo propter redemptionem, quam Deus suam iustitiam salvificam ostendens iam pro vel in eo tempore valere sivit et propterea peccata in illo tempore facta ('pro - gegonotôn') condonabat.
'paresis' igitur differt ab 'aphesis', quia est remissio in comparatione cum illa praeter ordinem, sed ex alia parte etiam congruit cum illa, est nempe vera remissio, remissio propter meritum Christi, est ostensio eiusdem iustitiae Dei cum eodem effectu, qui fit quidem alio modo non directe per Christum sed indirecte, quasi in anticipatione.

Itaque revera voci 'paresis' inhaeret idea alicuius praetermissionis, sed non in sensu non videndi neque supportandi peccata neque dilationis (Michel (1)), sed in sensu historiae salutis, i.e. respectu redemptionis, quae tempore VTi adhuc instabat et simul e consilio Dei salvifico iam valebat.
Utique, possumus dicere Paulum elegisse conceptum 'paresis' prorsus respectu historiae salutis, sicut iam elegit sub hoc aspectu conceptum 'anochê'.

---

(1) Peccata tempore VTi non differebantur sed iam remittebantur.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Remissio peccatorum sine Christo intelligi nequit, quia autem remissio peccatorum in VTo factum erat, debet habere relationem cum Christo, quae relatio a Paulo exprimebatur ope 'paresis', quod verbum propterea sensum totius primi membri parallelismi in se coniungit, in quo primum membrum culminat. Nempe id, quod 'anochê' iam innuerat, ad finem perducit: Deus, qui peccata illius temporis non sine expiatione sivit, itaque illa et condonabat, et quidem sub symbolo kapporeth, quae iuxta mentem Pauli ad Christum demonstrabat et ad quam mors expiationis Christi interpretata sub imagine eiusdem kapporeth (hilastêrion) remonstrat.

Cum sua doctrina, Deum in VTo propter meritum Christi peccata condonavisse, Paulus ex una parte excepit testimonium VTi et ex altera parte illum complet.
In VTo clare sermo est de condonatione peccatorum a parte Dei (cf. supra excursum de remissione peccatorum in VTo). Hoc testimonium Paulus affirmat dicens in v.21 iustitiam Dei habere testimonium in VTo et nunc manifestatam esse (pephanerôtai = manifestare id, quod iam antea existebat; cf. exegesim), atque adeo usus est testimonio VTi pro sua doctrina de iustitia (cf. supra pg. 80/81).

Remissio peccatorum sine Christo intelligi nequit, quia autem remissio peccatorum in VTo factum erat, debet habere relationem cum Christo, quae relatio a Paulo exprimebatur ope 'paresis', quod verbum propterea sensus totius primi membri parallelismi in se coniungit, in quo primum aeonorum culminat. Nempe id, quod 'anochê' iam innuerat, ad finem perducit: Deus, qui peccata illius temporis non sine expiatione sivit, itaque illa et condonabat, et quidem sub symbolo kapporeth, quae iuxta mentem Pauli ad Christum demonstrabat et ad quam mors expiationis Christi interpretata sub imagine eiusdem kapporeth (hilastêrion) remonstrat.

[illegible]

Cum sua doctrina, Deum in VTo propter meritum Christi peccata condonavisse, Paulus ex una parte excepit testimonium VTi et ex altera parte illum complet.

In VTo clare sermo est de condonatione peccatorum a parte Dei (cf. supra excursum de remissione peccatorum in VTo). Hoc testimonium Paulus affirmat dicens in v.21 iustitiam Dei habere testimonium in VTo et nunc manifestatam esse (pephanerôtai = manifestare id, quod iam antea existebat, cf. exegesim), atque adeo usus est testimonio VTi pro sua doctrina de iustitia (cf. supra pg. 30/31).

Conscientia Deum peccata condonare vivax erat in iudaeis, pro hoc bonum exemplum habemus in scriptis qumranicis.

Nonnulla exempla: (1)

Deum peccata condonare est convinctio certa communitatis qumranicae: Cf. 1QSXI,14s et 1QHIV,37 (2).

Hoc iam vidimus in parte de iustitia Dei tractante, ubi nobis clarum fiebat, quod condonatio peccatorum in mentalitate communitatis cum iustitia Dei connexa est.

In adispiscendo hanc condonationem praeter munera moralia partem habebant etiam ritus expiatorii: Cf. 1QSIII,6-11 (3).

---

159 (1) Ad hoc cf. F.Nötscher, Zur Terminologie der Qumran-Texte, 188-193.

160 (2) 1QSXI,14s: "et in multitudine bonitatis suae expiabit omnes iniquitates meas, et in iustitia sua purificabit me ab impuritate hominis et a peccato filiorum hominis." 1QHIV,37: "Nam tu remittis peccatum et mun(das hom)inem a delicto."

161 (3) 1QSIII,6-11: "Sed in spiritu consilii veri circa vias hominis expiabuntur omnes iniquitates eius ita ut conscpiciat lucem vitae. Et in spiritu sancto erga Unionem in veritate eius purus erit ab omnibus iniquitatibus suis. Et in spiritu rectitudinis et humilitstis expiabitur peccatum eius. Et in sollicitudine animae suae erga omnia statuta Dei pura erit caro eius, aspergendo aquas lustrationis et se sanctificando aquis fluentibus. Et (ita) diriget gressus suos ad ambulandum integre in omnibus viis Dei, sicut mandavit pro suis temporibus testificatis, et non ad divertendum dextrorsum vel sinistrorsum neque ad gradiendum contra ne unum quidem, ex omnibus verbis eius. Tunc placebit expiationibus suavibus coram Deo." Cf. etiam Nötscher, l.c.,189. Ex facto, quod communitas non participabat in cultu hierosolymitano non sequitur illam fuisse hostilem

Conscientia Deum peccata condonare vivax erat in iudaeis, pro hoc bonum exemplum habemus in scriptis qumranicis.

Nonnulla exempla: (1)

Deum peccata condonare est convinctio certa communitatis qumranicae: Cf. 1QS XI,14s et 1QH IV,37 (2).

Hoc iam vidimus in parte de iustitia Dei tractante, ubi nobis clarum fiebat, quod condonatio peccatorum in mentalitate communitatis cum iustitia Dei connexa est.

In adipiscendo hanc condonationem praeter munera moralia partem habebant etiam ritus expiatorii: Cf. 1QS III,6-11 (3).

(1) Ad hoc cf. F.Nötscher, Zur Terminologie der Qumran-Texte, 188-193.

(2) 1QS XI,14s: "et in multitudine bonitatis suae expiabit omnes iniquitates meas, et in iustitia sua purificabit me ab impuritate hominis et a peccato filiorum hominis." 1QH IV,37: "Nam tu remittis peccatum et mundas hominem a delicto."

(3) 1QS III,6-11: "Sed in spiritu consilii veri circa vias hominis expiabuntur omnes iniquitates eius ita ut conspiciat lucem vitae. Et in spiritu sancto erga unionem in veritate eius purus erit ab omnibus iniquitatibus suis. Et in spiritu rectitudinis et humilitatis expiabitur peccatum eius. Et in sollicitudine animae eius erga omnia statuta Dei pura erit caro eius, aspergendo aquas lustrationis et se sanctificando aquis [illegible]. Et (ita) diriget gressus suos ad ambulandum [illegible] in omnibus viis Dei, sicut mandavit pro [illegible] bus testificationis, et non ad [illegible] sinistrorum neque ad [illegible] ex omnibus verbis eius. Tunc placebit [illegible] suavibus coram Deo." Cf. etiam Nötscher, l.c., [illegible] Ex facto, quod communitas non [illegible] hierosolymitano non sequitur [illegible]

Atque adeo communitas permanebat in celebratione diei expiationis, quod ab oratione, pro dolor male conservata (1Qnr 34 bis I,6), et specialibus praescriptis (1Qnr 22 III 11) comprobatur (1).
Ex celebratione diei expiationis mihi concludi posse videtur, quod etiam pro communitate qumranica condonatio peccatorum cum idea illius diei connexa erat.
Ergo tempore Pauli inter iudaeos convinctio existebat Deum peccata expiare.
Haec convinctio a Paulo confirmatur et simul completur dicente ope 'paresis', quod remissio peccatorum, quae in connexione cum cultu (hilastêríon) videbatur, iam facta est propter Christum, i.e. aliis verbis sine Christo nulla salus, quod est indirecte altera polemica contra iudaeos, qui Christum ut mediatorem salutis reiciebant.

Id, quod Paulus ope 'paresis' exprimit est igitur

./. cultui.
Ex Dam XI,18s potest concludi communitatem prius participasse in cultu, sed membri se retraxerunt, quia convincti erant cultum ibi (in Hierosolymis) praestitum a sacerdotibus indignis templum profanasse. Sed exspectabant pro tempore eschatologico restitutionem cultus veri (cf. 1QMII,5s); cf. J.Maier, Die Texte vom Toten Meer, vol.II Anmerkungen, 116, et M.Burrows, Die Schriftrollen vom Toten Meer, 197s.

(1) Cf. Nötscher, l.c.,189.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

effatum exclusive pertinens ad iudaeos (quod non contradicit tenori contextus, cuius colorem iudaicum constatavimus). Paulo non interest hoc in loco sors paganorum in tempore praeterito. De eorum sorte sermo est in duobus locis Actuum Apost., qui referunt ideas paulinas (i.e. sermonem suam ante paganos), quae quidem formam litterariam a Luca acceperunt (1):
Act 14,15-17 et 17,30.
Ibi dicitur Deum gentes sivisse ingredi viam suam, i.e. usque adhuc eis non advertebat suam actionem salvificam (2). At nunc Deus vult quasi non videre haec tempora, in quibus vivebant in ignorantia practica Dei (de hac hic sermo est et non de ignorantia intellectuali), i.e. iuxta usum linguae biblicum: in quibus deseruerant a Deo et suis mandatis et deis paganis et eorum cultui se contulerant

---

(1) Cum Wikenhauser, Die Apostelgeschichte, Regensburg 1956, 200, contra Haenchen, Die Apostelgeschichte, Göttingen 1959, 467.
<u>Act 14,15-17:</u> "Viri quid haec facitis? Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit caelum et terram et mare et omnia, quae in eis sunt: qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum relinquit."
<u>Act 17,30</u>: "Et tempora quidem huius ignorantiae conivendo dissimulavit (hyperidôn) Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant."

(2) Cf. Wikenhauser, l.c.,166.

cum consequentia depravationis animi (cf. Eph 4,18 (1)); haec tempora Deus vult conivendo dissimulare, i.e. ea non imputare et condonare (2). Propterea 'hyperidôn' quoad argumentum potius congruit voci 'aphesis' quam 'paresis', quia respicit momentum praesentem: Deus nunc tempora ignorantiae conivendo dissimulat, ea tamquam non facta videt, econtra 'paresis' describit actionem Dei in tempore praeterito, et quidem quoad iudaeos, propter hanc actionem iudaei iam in tempore praeterito salutem acceperunt, dum pagani nunc remissionem experiuntur. Ex quo concludi licet Deum in tempore praeterito praetulisse populum iudaicum. Probabiliter hoc fecit propter electionem populi israelitici, quod ius praecipuum quidem in tempore salutis non valet amplius (non est distinctio, v.22)

Denique possumus dicere: doctrina de influxu Christi in VTo non est res, quae menti Pauli aliena esset.

---

165 (1) Cf. Wikenhauser, l.c.,211.
<u>Eph 4,18:</u> "sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis in avaritiam."

166 (2) Quia 'hyperidôn' respicit tempus praesentem, Act 17,30 non contradicit Rom 1,18-32 (contra Haenchen, l.c., 466s); nam quod Deus nunc condonare vult non excludit iudicia irae in tempore praeterito.

cum consequentia depravationis animi (cf. Eph 4,18 (1));
nunc tempore Deus vult conivendo dissimulare, i.e. ea
non imputare et condonare (2). Propterea 'hyperidôn'
quoad argumentum potius congruit voci 'anoxeis' quam
'paresis', quia respicit momentum praesentem: Deus nunc
tempora ignorantiae conivendo dissimulat, ea tamquam non
facta videt, contra 'paresis' describit actionem Dei in
tempore praeterito, et quidem quoad Iudaeos, propter
hanc actionem Iudaei iam in tempore praeterito salutem
acceperunt, dum pagani nunc remissionem experiuntur.
Ex quo concludi licet Deum in tempore praeterito praeter-
misse populum iudaicum. Probabiliter hoc fecit propter
electionem populi Israelitici; quod una praesertim quidem
in tempore salutis non valet amplius (non est distinctio,
v.22)

Denique possumus dicere: doctrina de influxu Christi
in VTo non est res, quae menti Pauli aliena sit [illegible].

---

(1) Cf. Mikenhauser?, l.c., 274.
Eph 4,18: "sicut et gentes ambulant in [illegible]
sui, tenebris obscuratum [illegible]
a vita Dei per ignorantiam, quae est [illegible]
caecitatem cordis ipsorum, qui [illegible]
tradiderunt impudicitiae, in [illegible]
omnis in avaritiam."
(2) Quia 'hyperidôn' respicit tempus [illegible]
non contradicit Rom 1,18-32 [illegible]
465a); nam [illegible]
iudicia irae in tempore praeterito.

Nam alium textum habemus, qui de simili relatione VTi cum Christo loquitur: 1Cor 10,4: "et omnes eundem potum spiritalem biberunt, bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus."
Etiam hic Paulus loquitur de aliqua praesentia Christi in tempore VTi, quin hoc factum amplius explicat. Pro eo est factum, et sufficit.
Ita etiam in nostro textu ad Rom influxus Christi in condonatione peccatorum VTi est factum, quin Paulus putaret hoc amplius explicandum esse.

Conclusio: Theologiam versiculorum 25-26a, quae in conceptu paresis culminat, ita complecti possumus:
'paresis' est conceptus historiae salutis, qui ostensionem iustitiae Dei efficacem tamquam remissionem peccatorum in tempore sustentationis Dei factorum describit. Nam Deus expiationem a Christo in cruce patratam, quam iustitia Dei iudicialis postulaverat, in sua bonitate (idem ac iustitia salvifica) iam extendebat in tempus VTi et donabat iudaeis praesertim in cultu, in institutione kapporeth, quae erat symbolum velans pro Deo ipso in sua potestate condonante, in sua iustitia salvifica, quae ostendebatur in 'paresis', in speciali remissione peccatorum, quae fiebat praeter tempus praestitutum, ante tempus salutis; hanc remissionem, quae in ultima analysi nihil aliud est quam modus specialis, per quem Deus suam iustitiam salvificam in tempore VTi

ms. 125-145 [illegible] Voorvorplan [illegible], 26 [illegible]

ostendebat, possumus definire tamquam praeter-remissionem (germanice = Vorvergeben) respectu redemptionis in Jesu Christo.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] (R 3,21-26) [illegible]

C O N C L U S I O   G E N E R A L I S.

Solutio problematis a nobis inventa opposita est illae opinioni, quae hodie tamquam sententia communis habetur ('paresis' = praetermissio in sensu negligentiae vel omissionis).

Ea congruit partim illae interpretationi, quae a tempore Patrum (ut taceam de interpretatione eorum paucorum Patrum graecorum, qui 'paresis' ut statum miserum hominis intelligebant) usque ad saeculum 17 quasi exclusive dabatur et denuo hodie pluris auctoritatis nanciscebatur: 'paresis' = remissio (cf. caput 1).
Attamen partim ab illa digreditur, quia 'paresis' intelligit tamquam remissionem sui generis, quae locum habebat tempore VTi.

Nostra solutio fundata est in illa significatione sensus vocis, quae contextui probabiliter melius congruit. Eruenda erat per exegesim textus ex tribus significationibus fundamentalibus, quae voci insunt (praetermissio, remissio, paralysis-languor) (cf. caput 2).

Postquam positionem pericopae, in qua 'paresis' occurrit, intra contextum remotum ostenderamus, observavimus per exegesim pericopae dictae (Rom 3,21-26) signi-

CONCLUSIO GENERALIS.

Solutio problematis a nobis inventa opposita est illae opinioni, quae hodie tamquam sententia communis habetur ('paresis' = praetermissio in sensu negligentiae vel omissionis).

Congruit partim illae interpretationi, quae a tempore Patrum (ut taceam de interpretatione eorum paucorum Patrum graecorum, qui 'paresis' ut statum miserum hominis intelligebant) usque ad saeculum 17 quasi exclusive dabatur et denuo hodie pluris auctoritatis nanciscebatur: 'paresis' = remissio (cf. caput 1).

Attamen partim ab illa digreditur, quia 'paresis' intelligit tamquam remissionem sui generis, quae locum habebat tempore VTi.

Nostra solutio fundata est in illa significatione sensus vocis, quae contextui probabiliter melius congruit. Eruenda erat per exegesim textis ex tribus significationibus fundamentalibus, quae voci insunt (praetermissio, remissio, paralysis-languor) (cf. caput 2).

Postquam positionem pericopae, in qua 'paresis' occurrit, intra contextum remotum ostenderamus, observavimus per exegesim pericopae dictae (Rom 3,21-26) signi-

ficationem nostri conceptus cohaerere cum sensu notionum 'diakiosyê theou' (verbum motivi laudatae pericopae), 'hilastêrion' et 'anochê tou theou', ex quibus cum 'diakiosynê theou' et 'anochê' primum membrum parallelismi format, quod membrum (sicut quoque membrum secundum) a notione 'hilastêrion' quasi tamquam suo titulo dependet.

Notionem 'dikaiosynê theou', quae ad VT redit, definivimus ut actionem divinam cum duplici aspectu, quorum unus (iudicialis - iuridicus) in iudicio super Christum in cruce pro peccatoribus morientem apparet, et alter (salvificus) in applicatione fructus huius mortis (iustitia interna hominis) ad credentes.

Postea vodimus, quod ex translatione imaginis kapporeth ad Christum crucifixum, qui munus, quod illa institutio tempore VTi habebat, pro NTo subiit, concludi potest pro Paulo dictam institutionem et Christum crucifixum internam relationem habere, quod ad conexum speciale inter ambo demonstrare posset.

Hoc conexum nobis clarius fiebat definiendo conceptum 'anochê', qui ut expressio historiae salutis describit tempus VTi tamquam periodum ex una parte ad revelationem mysterii Christi (redemptionis) adcurrentem et ex altera parte in cultu (kapporeth - hilastêrion) iam de fructu

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

expiationis Christi participantem, quo 'anochê' simul ut patientia positiva dynamica Dei patebat.

Iam se ostenderat in dynamica Dei patientia sua iustitia in illo tempore, ita illa prorsus apparebat in conceptu 'paresis'.

Ambiens salvificum pericopae a interpretatione conceptuum usque eo probatum postulabat etiam pro 'paresis' sensum salvificum, quam ob rem eo ipso interpretatio in sensu merae praetermissionis (i.e. negligentiae vel omissionis punitionis aut expiationis peccatorum in illo tempore commissorum) excedebat. Sensui salvifico tantum correspondebat aliqua remissio; dicta remissio autem alia ex parte non potebat esse identica cum remissione pro tempore salutis usuali et notione 'aphesis' nominata.

Ita invenimus Paulum adhibuisse terminum specialem, hapaxlegomenon in NTo, ad designandam remissionem specialem, quae sub aspectu historiae salutis, i.e. respectu redemptionis in Christo Jesu praeter tempus praestitutum vel praeter ordinem stabilitum cum Christo incipientem in cultu iam pro iudaeis, quorum electionis ea re Deus honorem habebat, locum habebat.

Quia Deus hoc modo suam iustitiam salvificam in illo tempore ostendebat, concludebamus 'paresis' in ultima analysi nihil aliud esse quam forma specialis, in qua

expiationis Christi participantem, quo 'anochê' simul ut patientia positiva dynamica Dei patebat.

Iam se ostendebat in dynamica Dei patientia sua iustitia in illo tempore, ita illa propria apparebat in conceptu 'paresis'.

Ambiens salvificum pericopae a interpretatione conceptum usque eo probatum postulabat etiam pro 'paresis' sensum salvificum, quam ob rem eo ipso interpretatio in sensu merae praetermissionis (i.e. negligentiae vel omissionis punitionis aut expiationis peccatorum in illo tempore commissorum) excedebat. Sensui salvifico tantum correspondebat aliqua remissio; dicta remissio autem alia ex parte non potebat esse identica cum remissione pro tempore salutis usuali et notione 'aphesis' nominata.

Ita invenimus Paulum adhibuisse terminum specialem, hapaxlegomenon in NTo, ad designandam remissionem specialem, quae sub aspectu historiae salutis, i.e. respecti relaxationis in Christo Iesu praeter tempus praestitutum vel praeter ordinem stabilitum cum Christo incipientem in cultu iam pro iudaeis, quorum electionis ea re sua honorem habebat, locum habebat.

Quia Deus hoc modo suam iustitiam salvificam in illo tempore ostendebat, concludebamus 'paresis' in ultima analysi nihil aliud esse quam forma specialis, in qua

dicta iustitia tempore VTi apparebat.

Ita ad eandem solutionem ac S.Lyonnet venimus, i.e. ad solutionem, quae in textu solidum fundamentum habet, quod demonstrare intendebamus, in qua re praesertim aspectum christologicum vel historiae salutis tamquam aspectum novum invenimus.

CURRICULUM VITAE.

P.Mansuetus Rath, in baptismo Wolfgang, natus est die 13 Junii 1933 in Bautzen (Germania), patre Gulielmo Rath et matre Margaritha.

Scholam elementarem in Hannover ab anno 1939 usque ad annum 1945 frequentavit.

Studia humanistica ibidem incoepta in Hadamar, ubi in collegio seraphico vixit, anno 1954 ad finem perduxit cum examine Maturitatis.

Eodem anno novitiatum Provinciae Thuringiae S.Elisabeth ingressus est. In eadem Provincia professionem simplicem (anno 1955) et sollemnem (anno 1958) emisit.

Studiis philosophicis et theologicis in domibus studiorum Sigmaringen et Fulda occubuit annis 1955-1961.

Anno 1960 sacerdotio auctus est et anno sequente Romam petiit et in Facultate Theologica (Sectione Biblica) Pontificii Athenaei Antoniani inscriptus est, ibique praelectionibus RR.PP.Professorum F.Antonelli, C.Balić, H.Betti, H.Lio, A.Lorscheider, G.Matteuci, S.Gozzo, E.Ravarotto, L. Spätling et T.Szabó interfuit.

Gradu Licentiae in S.Theologia obtento anno 1962 Hierosolymam petiit, ubi per tres annos Professores habuit: D.Baldi, S.Saller, B.Bagatti, E.Pax, E.Testa, M.Adinolfi, E.Miguens, J.-G.Rembry, A.Spijkermann, G.Lombardi.